Litis metus, vel comminatio rem litigioſam non facit . Tom. 2. c. 1138. C.
Litis conteſtatione actio perpetuatur. T. 3. c. 529. B.
Litis alienæ nemo eſt idoneus defenſor ſine ſatiſdatione judicatum ſolvi . T. 4. c. 205. C.
Litis initium cujus quiſque fecit, ejus etiam eventum excipiat. T. 4. c. 875. D.
Litis æſtimator eſt judex . T. 4. c. 316. B.
Litis contumacia damno coercetur. T. 4. c. 875. C.
Litis conteſtatione electio conſumitur, & cur . Tom. 4. c. 194. B.
Litis conteſtatio, & petitio idem eſt in jure. Ibid. B.
Litis periculum ad legatarium non pertinet, niſi dolo ejus, aut culpâ lis perierit . Tom. 4. c. 583. A. ſi verò dolus, & culpa abſit, periculum litis ad fideicommiſſum ſpectat . Ibid. A.
Litis æſtimationem abſtuliſſe quid eſt . T. 4. c. 451. C.
Litis procuratorem tutor facere non poteſt ante litem conteſtatam . T. 4. c. 879. B.
Litis æſtimatio eſt ſimilis venditio-

ni

ni emptioni. Tom. 4. c. 1341. E.

Litis æſtimatione a poſſeſſore domino litis oblatâ, an uſucapio impleti poſſit. T. 5. c. 747. B.

Litis conteſtatione quaſi contrahitur, & poſt litis conteſtationem quaſi ex contractu transfertur judicium in heredem in ſolidum. T. 5. c. 688. B.

Litis conteſtatio omnia, quæ poſt eam ſequuntur, complectitur. T. 5. c. 920. E.

Litis æſtimatio eſt ſimilis emptioni. T. 5. c. 726. C.

Litis æſtimatio in partes an dividi poſſit. T. 5. c. 673. D.

Litis conteſtatio in quibus a nuntiatione novi operis differat. T. 5. c. 657. E.

Litis conteſtatio obligat. T. 5. c. 448. C.

Litis conteſtatione procurator dominus litis factus eſt. T. 5. c. 53. B. & c. 525. E.

Litis, ſive rei æſtimatio emptioni ſimilis eſt, T. 5. c. 747. C.

Litis conteſtatio initium judicii. T. 6. c. 803. C.

Litis conteſtatio quomodo fiat. T. 6. c. 796. C.

Litis conteſtatio in cauſa legati fit apud judicem datum, non apud Prætorem. T. 6. c. 583. C.

Litis conteſtatione non interrumpitur uſucapio. T. 6. c. 6. C.

Litis conteſtatio, Vide, Conteſtatio litis.

Litis conteſtatione etiam pœnalis actio tranſmittitur ad heredem. T. 6. c. 7. D.

Litis impenſæ. T. 6. c. 384. D. Vide, Impenſæ litis.

Litis ordinatio ſequitur litis conteſtationem. T. 6. c. 300. B.

Litis ordinatio litis præparatio eſt. Ibid. B. poſt litem conteſtatam in reſtitutionem venire fructus fundi petiti, vel petitæ ſervitutis, vel exſtantes, vel præceptos, vel omnes, ſi is, unde petitur, ſit malefidei poſſeſſor. Tom. 6. c. 474 A.

Litis conteſtatæ tempus in quibus judiciis ſpectatur. T. 6. c. 615. A.

Poſt litis conteſtationem interdum mutari, & emendari actio poteſt. T. 7. c. 245. B.

Litis conteſtatæ, & rei judicatæ idem tempus non eſt. Tom. 7. c. 615. A.

De litis conteſtatione. Tom. 7. c. 265. B. de re petita, quæ ſuo facto interiit poſt litem conteſtatam ſine dolo, & culpa poſſeſſoris, vel quæ interiit dolo, vel culpâ poſſeſſoris. Ibid. B. & ſeq.

Litis conteſtatione cauſa noſtra deterior non fit. Tom. 8. c. 807. D.

Litis conteſtatio facit, ut actiones, quæ tempore, & morte pereunt, in heredem tranſmittantur. T. 8. c. 808. A.

Litis cauſâ donata an fiſcus admittat. T. 8. c. 441. D.

Litis conteſtatio quid. T. 9. c. 113. A.

Litis ſumma genera quatuor. T. 9. c. 131. B.

Litis conteſtatio, & editio in quo differunt. T. 9. c. 54. B.

De litis ſumptibus debet aliquid ſtatuere judex; ſi nihil ſtatuerit, quid fiet. T. 9. c. 1088. A.

Litis impenſarum condemnationem facere non tantùm debet judex, ſed etiam detrimentum omne. T. 9. c. 1087. C.

Litis conteſtatio de ſorte non perimit, nec conſumit litem de uſuris. T. 9. c. 113. C.

Litis conteſtatione actio temporaria perpetuatur. T. 9. c. 114. E. interrumpitur præſcriptio, & uſucapio, ait Juſtinianus, non uſucapio vetus. Ibid. E.

Litis conteſtatio quæ, & quando eſt. T. 9. c. 11. A. & ſeq.

Litis conteſtationem quæ præcedunt. T. 9. c. 129. E.

Litis dominus quis dicitur. Tom. 9. c. 1065. E.

Litis inſtrumenta edere debet, qui acturus eſt, priuſquam ad judicem eatur. T. 9. c. 1. A.

Litis inſtrumenta. T. 9. c. 282. E.

Litis conteſtatione videtur res novari. T. 9. c. 113. D.

Litis finis ſors eſt, & controverſias potentiorum dirimit. Tom. 9. c. 852. C.

Litis conteſtatio, & inſcriptio in crimen in quo differunt. Tom. 9. c. 529. E. & c. 130. A.

Litis teſtimonia. T. 9. c. 285. A. & c. 282. E. Vide, Teſtimonia litis.

Litis conteſtatio, & editio actionis in quo differunt. Tom. 9. c. 11 E.

Litis futuræ condictiones, & denunciationes ſolennes. Vide, Condictiones.

Litis conteſtatio eſt principum judicii, non in jus vocatio. T. 9. c. 153. A.

Litis conteſtatio perpetuat actionem temporariam, aut quæ morte rei erat peritura. Tom. 10. c. 838. D.

Pro litis conteſtatione quando habeatur libellus Principi oblatus. Ibid. E.

Litis conteſtatio nihil aliud eſt, quàm factorum narratio. T. 10. c. 858. E.

Litis movendæ quæ olim erant ambages. T. 10. c. 875. A.

Litis conſortes quinam ſint. T. 10. c. 944. B. C.

Litis conteſtatio, quæ tenuit defunctum, an teneat heredem. T. 10. c. 962. D.

Litis conteſtatio quid ſit. T. 10. c. 1088. D.

Litis conteſtationem imitatur denuntiatio, & controverſia. T. 10. c. 1235. B.

Liti qui ſe obtulit, quaſi poſſeſſor, ſi condemnatus ſit, & litis æſtimationem præſtiterit, an ſalva ſit actio adversùs verum poſſeſſorem. T. 7. c. 248. D.

Liti ſe offerre quis videtur. T. 7. c. 247. C.

Liti renunciare quando videtur actor. T. 9. c. 47. A.

Liti qui renunciat, tacitè pactus videtur, ne amplius eo genere actionis experiatur. T. 9. c. 47. B.

Liti ſe offerre quidnam ſit. T. 10. c. 513. E.

Liti alienæ adeſſe, & etiamſi non egerit, appellare an poſſit is, cujus intereſt. T. 10. c. 1256. A.

Litem in perniciem privatorum fiſco donari non oportet. T. 1. c. 491. C.

Poſt litem cum reo conteſtatam defenſor interveniens ultro, an ſit condemnandus. T. 4. c. 876. B.

In litem ſumptus facti. Vide, Sumptus in litem.

Litem addicito præſentibus ambobus. T. 4. c. 882. B.

Poſt litem conteſtatam nulla differentia eſt inter bonæ fidei, & malæ fidei poſſeſſorem, ſecus verò ante litis conteſtationem. T. 4. c. 125. B. & c. 130. E.

Poſt litem conteſtatam pares poſſeſſores ſunt. T. 4. c. 130. E.

Poſt litem conteſtatam integrum non eſt mutare actionem, niſi magna ex cauſa. T. 4. c. 905. E.

Poſt litem conteſtatam incipiunt omnes malæ fidei poſſeſſores eſſe, etiam qui ab initio bonâ fide poſſederunt. T. 4. c. 888. B.

Litem qui conteſtatur, damnari ſolet. T. 4. c. 875. D.

Litem conteſtari pro alio eſt judicium ſuſcipere pro alio, & quaſi expromittere; expromittere verò eſt debitum ſuſcipere pro alio. T. 4. c. 238. E. & c. 239. A.

Litem præparare, & ordinare paria ſunt. T. 5. c. 686. C.

Litem de inofficioſo teſtamento, etſi regulariter poſtea non admittatur ad movendam eandem litem, admittitur tamen ex juſta cauſa. T. 6. c. 518. B.

Litem conteſtari cum reo, & adverſario ſuo quilibet poteſt, qui modò jus ſpeciale revocandi domum non habeat. T. 6. c. 509. A.

Poſt litem conteſtatam reus præſtat dolum, & culpam. T. 3. c. 314. E.

Poſt litem conteſtatam multum intereſt, utrùm quis dolo, aut culpâ poſſidere deſierit rem, de qua agere velit. T. 7. c. 334. B.

Litem conteſtari qui non cogitur, nec jurare cogitur. T. 7. c. 131. D. E.

Litem donatam an fiſcus ſuſcipiat; T. 8.

T. 8. c. 441. D.
Litem ſuam facere quid ſit. T. 7. c. 106. B.
Litem conteſtatione perpetuari quid ſit. T. 9. c. 1117. B.
Litem qui deferit, et is, qui liti non adſuit, differunt. T. 9. c. 1046. E.
Ad litem datur tutor, vel curator ad defendendum puberem, vel impuberem. T. 9. c. 584. C. et ſeq.
Litem non perire poſt peremptionem inſtantiæ. T. 9. c. 49. A.
Litem criminalem præcedit inſcriptio. T. 9. c. 11. B.
Litem præcedit conventio, et admonitio extrajudicialis. Ibidem B.
De in litem dando tutore, vel curatore. T. 9. c. 584. C. et ſeq.
Litem ſuam facere judex dicitur, cum ab adverſario in eum vertitur tota lis. T. 10. c. 401. A.
Litem nemo invitus ſubit ex pacto, at ex ſtipulatu invitus quis ſubit litem. T. 10. c. 709. E.
Litem inter, et controverſiam differentia. T. 10. c. 877. C. D.
Litem æternam non poteſt ſuſcipere, qui eſt in reatu. Tom. 10. c. 883. A.
Litem mandat actor procuratori, non dat. T. 10. c. 915. C.
Litem dat judex. Ibid. C.
Litem qui cœpit, eam debet peragere, niſi velit incidere in calumniam. T. 10. c. 920. E.
Litem perficit conteſtatio. T. 10. c. 996. E.
Ante litem conteſtatam non veniunt fructus conſumpti. T. 10. c. 1231. C.
Litem inter conteſtatam, et actionem differentia. T. 10. c. 610. A.
Lite conteſtatâ, utrùm ab actione diſcedere liceat. T. 5. c. 305. D.
Lite pendente, unus ex pluribus, qui agebant familiæ erciſcundæ, vel communi dividundo, vel finium regundorum deceſſit, pluribus heredibus relictis, an auctus videatur numerus litigantium. T. 7. c. 564. A.
In lite ambitioſa ſcripta non ſunt ſpectanda, ſed ſpectandæ leges, ſpectandi mores. T. 9. c. 127. A.
A lite non deſiſtit, qui differt. T. 9. c. 49. C.
Ex lite, quam intendit tutor, vel curator minoris nomine, ſi condemnetur, minorem conveniri actione judicati, non tutorem, vel curatorem. T. 9. c. 576. B. C.
Lite conteſtatâ de ſorte tantùm, an ſuperſit petitio uſurarum. T. 10. c. 618. C.
Lite pendente, vel poſt definitivam ſententiam an liceat Imperatori ſupplicare. T. 10. c. 839. B. C.
Lite finitâ, an valeat tranſactio. T. 10. c. 877. D.
Lite tranſlatâ in potentiorem, potentior, & qui ei ceſſit, puniuntur. T. 10. c. 885. D. ad Præſidem Provinciæ hæc cauſa revolvitur. Ibid. D. E.
Lites ad publica munera pertinentes intra tres menſes finiendæ. T. 2. c. 648. A. B.
Lites multo plures ſunt inter conſortes, quàm inter diſſortes, & cur. T. 4. c. 1163. B.
Lites breviter terminandæ. T. 9. c. 127. C. & E.
Lites ſæpe inchoantur ex reſcripto Principis extra ordinem, vel ex ſententia, interlocutione, vel commonitione judicis. Tom. 9. c. 1153. E.
Lites criminales quo tempore finiuntur. T. 9. c. 128. A.
Lites duæ ſunt, cum de hereditate agitur. T. 9. c. 174. A.
Lites fiſcales intra quod tempus terminandæ. T. 9. c. 130. C. civiles intra quod tempus. Ibid. C.
Lites protelare quid. T. 9. c. 128. A.
Lites finitæ cognitione judicis. T. 9. c. 186. C.
Lites finitas non reſtitui prætextu novorum inſtrumentorum. Ibid. C. D.
De litium finibus. T. 1. c. 475. E.
Litium concinnatores, & redemptores. T. 3. c. 113. A.
Litium finiendarum tria genera. T. 2. c. 1123. C.
De litium expenſis conſtitutio Zenonis. T. 3. c. 329. A.
Litium finis eſt judicatum. T. 1. c. 1009. A.
Litium Procurator. Vide, Procurator.
De litium expenſis; T. 9. c. 1086. A. & ſeq.
Litium redemptores. T. 9. c. 368. B.
In litibus ſtatutum erat lege Papiniani Tribuni plebis deponere certum numerum aſſium. T. 7. c. 1213. D.
Litaniæ λιταί. T. 2. c. 1147. C.
Litaniæ ſunt preces publicæ. T. 10. c. 825. A.
Litaniæ quid. T. 6. c. 926. C.
Literæ, & Epiſtolæ quid inter ſe diſſideant. T. 1. c. 803. E.
Literæ Tabellionis ipſo defuncto comparandæ. T. 2. c. 1097. B.
Literæ Cancellariæ comparantur cum bonorum poſſeſſionibus. T. 5. c. 601. A.
Literæ non ſunt eædem apud omnes. T. 7. c. 966. B.
Literæ, & Epiſtolæ in quo differant. T. 7. c. 1144. E.
Literæ ſingulares. T. 9. c. 1100. A.
Literæ dimiſſoriæ. T. 9. c. 1105. B. C.
Literæ, quæ mittuntur a judice abſentibus, ut veniant, & liti ſubſiſtant. T. 9. c. 133. C. D.
Literæ, quæ frontibus calumniatorum inurebantur. T. 9. c. 1478. A. B.
Literarum ſingularum antiquorum Romanorum notæ. T. 3. c. 361. A. & c. 362. A.
Literarum obligatio quænam ſit. T. 8. c. 1065. D.
Literarum tranſpoſitiones in Pandectis Florentinis. T. 7. c. 381. A. & T. 8. c. 604. C.
Literarum comparationes. Vide; Comparationes literarum. Vide, Collationes ſcripturarum.
Literarum trajectiones frequentiſſimæ in Pandectis Florentinis. T. 9. c. 892. E. & c. 893. A.
Literarum obligatio unde procedit. T. 9. c. 70. C.
Literarum collatores qui erant. T. 9. c. 289. B.
Literati variis ex cauſis audiendi, & loquendi facultatem amittunt. T. 1. c. 104. E.
Literatorum privilegium, T. 6. c. 999. D.
Literatura omnium virtutum maxima. T. 3. c. 611. D.
De literis dimiſſoriis. Tom. 10. c. 517. D.
Literis non contrahitur ſtipulatio. T. 4. c. 829. B.
Literis inverſis multa eſſe ſcripta in Pandectis. T. 7. c. 381. A.
Literis brevibus deſcripta ſententia an valeat. T. 10. c. 1250. D.
Litigandi gratis privilegium quibus datum. T. 7. c. 103. D.
Litigantibus judicem dare eſt juriſdictionis. T. 7. c. 53. B.
Ex litigantium conſenſu eum fieri judicem competentem, qui ex ordine eſt incompetens, dummodo juriſdictionem habeat. T. 7. c. 129. C.
Litigantium temerè pœna quænam ſit. T. 8. c. 1129. D.
Litigantium temeritas quomodo coercenda a judice. T. 9. c. 1087. E.
Litigare inofficiose quid ſit. T. 5. c. 881. B.
Litigare velle, & ſub quo judice utrùm prius ſit. T. 7. c. 149. C.
Litigator præſens jurat præſente judice. T. 1. c. 1147. E.
Litigator temerarius an, & quando condemnetur ſumptuum nomine. T. 7. c. 167. B.
Litigator legitimus qui ſit. T. 10. c. 920. A.
Litigatoris inofficioſi pœna quæ. T. 5. c. 881. A.
Litigatoris unius abſentia Dei præſentiâ ſuppletur. T. 9. c. 138. B.
Litigatoris intereſt potiùs admitti appellationem, quàm relationem permitti. T. 10. c. 792. B.
Litigatorem legitimum, ut & judicem legitimum eſſe oportet, ut lata valeat ſententia. T. 10. c. 920. A.
Ἀντιδικοῦντες qui ſint, & quod eorum officium. Tom. 2. c. 1048. B.

Litiſ

Digitized by Google

Litigatores olim jurabant. T. 2. c. 1147. D.
Litigatorum voluntas an poſſit efficere, ut judex litem proferat ultra triennium. T. 9. c. 132. C.
Ex litigatorum voluntate a Prætore, vel Præſide is datur judex, quem volunt. T. 10. c. 1232. B.
Litigioſa res quæ dicatur. T. 2. c. c. 551. A. B.
Litigioſa res alii dari poteſt tranſactionis, vel diviſionis causâ, vel in cauſam dotis, aut ſponſalium. T. 2. c. 1138. B.
Res litigioſa rectè relinquitur in teſtamento, vel codicillis. T. 9. c. 1249. D.
Res litigioſa poteſt ad alium tranſferri ex cauſa tranſactionis, & diviſionis rerum hereditariarum factæ inter coheredes. Ibid. D.
Res litigioſa an poſſit donari, vendi, pignerari. T. 10. c. 395. C. D. & c. 434. C.
Litigioſa res apud quem deponitur, in eum datur actio depoſiti. T. 10. c. 953. C.
Litigioſa rei nec vendi, nec pignerari poteſt. T. 10. c. 1025. B.
Litigioſæ rei alienatio, vel pigneratio non valet. T. 2. c. 1137. D.
Litigioſæ rei dedicatio non ſit inanis. T. 2. c. 1138. A.
Litigioſæ rei emptio nulla eſt. T. 9. c. 159. B. C.
Litigioſam rem ſola denuntiatio non facit. T. 2. c. 1138. B.
Litigioſam rem lex quæ vetat alienari, aliàs eſt perfecta, aliàs imperfecta. T. 4. c. 151. A.
Litigioſam rem qui ſciens emit, incidit in pœnam litigioſi, ignorans non item. T. 7. c. 889. B.
Rem litigioſam in alium transferri poſſe ex dotis cauſa, vel donationis propter nuptias. Tom. 9. c. 1249. E.
Litigioſi exceptio. Vide, Exceptio litigioſi.
Litigioſi nomine quid continetur. T. 9. c. 1248. D.
De litigioſis. T. 1. c. 859. A. & T. 9. c. 1248. D. & ſeq.
Lituras teſtamento vitii nihil afferre. T. 1. c. 1085. E.
Λειτουργία, ideſt miſſa, ut fieri, & celebrari ſolet. T. 2. c. 1045. B. C.
Littora cuſtodiuntor. T. 2. c. 979. C.
Littora publica eſſe, quomodo accipiendum. T. 8. c. 556. B.
Littorum uſus communis, ſicut maris. T. 1. c. 59. A.
Littorum uſus publicus eſt, & juris gentium. T. 1. c. 60. D.
Littus an debeat in modum agri computari. T. 7. c. 715. B. & an videatur accedere fundo. Ibid. B.
Littus eſt, qua fluctus ſe eludit. T. 10. c. 592. E.
[illegible]. T. 2. c. 1041. E.
Loca ſacra religio commercio hominum eximit. T. 4. c. 255. E.
Loca religioſa in judicium non deducuntur. T. 6. c. 659. B.
Loca ſacra, & religioſa pertinent ad religionem. T. 7. c. 692. B. non poſſunt legari res ſacræ. Ibid. B. non poſſunt quoque in ſtipulationem deduci. Ibid. B. non poſſunt emi. Ibid. B.
Loca ſacra, & religioſa, & publica, & liberi homines, ſi fuerint venditi, non poſſunt adquiri emptori. T. 7. c. 693. A.
Loca ſacra, religioſa, publica, liberos homines ſi quis emerit, etiamſi emptio non teneat, ex empto tamen actio competit. T. 7. c. 693. A.
Loca venerabilia quænam ſint. T. 8. c. 1514. D.
Loca ſacra, & loca religioſa in jure an ſemper pro eodem ſumantur. T. 10. c. 368. B.
Locantur, quorum eſt uſus aliquis. T. 7. c. 862. C.
Locare quid. T. 3. c. 204. B. C.
Locare averſione. Ibid. C.
Locare navem aliud eſt, aliud exercere. T. 4. c. 128. D.
Locare idem, quod ad *firmam dare*. T. 6. c. 1027. A.
Locare in plures annos prædia Eccleſiæ permittitur. T. 7. c. 640. D.
Locare in plures annos, id eſt, in plures, quàm in quinquennium. Ibid. C.
Locare non nummo, ſed partibus quid ſit. T. 10. c. 447. D.
Locarium. T. 3. c. 389. D.
Qui locat, fruitur habitatione percipiendo mercedem. T. 4. c. 501. E.
Qui locat rem ſuam, utendam dat. T. 9. c. 292. D.
Locatatum ædium penſio quando pendebatur. T. 9. c. 407. E.
Locati pretii, & mercedis nomine promiſcuè auctores utuntur. T. 6. c. 424. E.
Locati quis non teneatur. Tom. 8. c. 776. A.
Locatio quid. T. 1. c. 213. E. & & T. 2. c. 506. E.
Locatio, & conductio proxima emptioni, & venditioni. Tom. 1. c. 213. E.
Locatio, & conductio quamnam familiaritatem inter ſe habeant. T. 1. c. 214. E.
Locatio, & conductio contrahuntur, ſi merces conſtituta ſit. T. 1. c. 213. E.
Locatio, & conductio ſunt juris geotium. T. 1. c. 1238. E.
Locatio, & conductio, emptio, & venditio inter ſe familiaritatem habent. T. 3. c. 358. E.
Locatio, & conductio proxima eſt emptioni, & venditioni. T. 3. c. 227. E.
Locatio, & conductio eſt negotium ἀντίστροφον emptioni, & venditioni. T. 1. c. 773. C.
Locatio rei ſuæ non valet. Tom. 1. c. 1128. E.
Locatio rei privatæ Principis Palatinis fieri non debet. Tom. 2. c. 881. B.
Locatio quælibet fit ad tempus. T. 3. c. 427. C.
Locatio, & conductio pœnitentiâ renovatur. T. 2. c. 1185. B.
Locatio prædiorum civilium, vel fiſcalium. T. 2. c. 878. B.
Locatio ſine certo pretio nulla eſt. T. 1. c. 1194. E.
Locatio eſt, ſi interveniat merces, & pretium operæ. T. 4. c. 940. E.
Locatio dominium mutare non ſolet. T. 4. c. 509. E.
Locatio eſt, ſi interveniat merces, & pretium operæ, non ſi interveniat modicum ſalarium honoris gratiâ. T. 4. c. 940. E.
Omnis locatio fit ad tempus, ſervitus verò non. T. 4. c. 567. A.
Locatio, & conductio ſine pecunia numerata non conſiſtit. T. 4. c. 42. E.
Locatio non eſt ſine pretio certo; depoſiti verò ſubſtantia ſine æſtimatione conſiſtit. T. 4. c. 267. A. B.
Locatio conductio quid ſit, quomodo contrahatur, & cujus juris eſſe dicatur. T. 5. c. 522. E.
Locatio an ſemper mutet dominium. T. 5. c. 667. A.
Locatio in quinquennium an ſit alienatio. A. 5. c. 563. C.
Locatio rei alienæ an poſſit fieri bonâ fide. T. 5. c. 520. A.
Locatio an tranſeat in heredem locatoris. T. 5. c. 564. E.
Locatio quid a donatione differat. T. 5. c. 521. B. C.
Locatio conductio dominium non ſolet mutare. T. 5. c. 522. B.
Locatio conductio quandonam claudicare dicatur. T. 5. c. 521. D.
Locatio conductio an certâ conditione, ſicut & depoſitum, & commodatum, in nummis fieri poſſit. T. 5. c. 391. B.
Locatio dominium non probat. T. 6. c. 879. B. nec civilem poſſeſſionem. Ibid. B.
Locatio, & conductio vulgaris nullum jus tribuit conductori in rem ipſam, parit tantùm conductori actionem in perſonam. T. 7. c. 377. C. D.
Locatio, & conductio ſimplex non eſt alienatio. Ibid. D.
Locatio cum partiario colono non contrahitur, ſed ſocietas. T. 7. c. 850. C.
Locatio, & conductio oritur ex do, ut facias. T. 7. c. 838. B.
Locatio fit mercede, non partibus rei. T. 7. c. 850. C.
Locatio prædiorum publicorum fiebat in quinquennium. T. 7. c. 640. C. D.
Locatio conductio eſt ſpecies commercii. T. 7. c. 35. A.
Locatio quomodo contrahatur. T. 10. c. 447. D.

Locatio conductio. T. 8. c. 471. B.

Locatio vectigalium. T. 8. c. 625. B.

Locatio conductio an valeat, ſi quis precario rogaverit ante, deinde conduxerit. T. 8. c. 270. C.

Locatio dicitur emptio. T. 9. c. 63. C. affinis eſt venditioni. Ibid. D.

Locatio operarum ad certum tempus. T. 9. c. 412. E.

Locatio, & emphyteuſis in quo diſferunt. T. 9. c. 416. E. & c. 417. A.

Locatio quaſi emptio eſt. T. 9. c. 374. D.

Locatio ſine ſcriptis facta valet. T. 9. c. 412. E.

Locatio quando reſcindi, & quando non poteſt. T. 9. c. 374. D.

Locatio horreorum. T. 9. c. 405. A.

Locatio quid. T. 9. c. 73. B. & c. 337. D. & T. 10. c. 1043. B.

Locatio omnis incipit a verbo *do*, non a verbo *facio*. T. 10. c. 41. E.

Locatio dominium non mutat, id eſt, locator non transfert dominium in conductorem. Tom. 10. c. 42. A.

Locatio eſt, quoties aliquid faciendum datur. Ibid. C.

Locatio, & conductio an ſint unus, vel plures contractus. T. 10. c. 45. E.

Locatio contrahitur non tantùm certo pecuniæ numero, ſed & earum rerum, quæ pondere certo, & menſurâ certâ conſtant. T. 10. c. 437. D.

Locatio contrahitur non tantùm certo pecuniæ numero, ſed & earum rerum, quæ pondere, numero, & menſurâ conſtant. T. 10. c. 666. D.

Locatio, & emptio aliquando claudicant. T. 10. c. 1043. D.

Locatio dominium non immutat. T. 10. c. 1127. C.

Locationis, & conductionis differentia, & jus. T. 1. c. 213. E. & c. 214. A. & ſeq.

Locationis, & fœnoris differentia. T. 3. c. 227. C.

Locationis vinculum eſt arra. T. 3. c. 308. D.

Locationis, & commodati comparatio. T. 1. c. 1447. A. B.

In locationis contractu locatorem venditorem appellamus, & conductorem emptorem. T. 7. c. 1290. E. & c. 1291. A.

Locationis, & conductionis nominibus an promiſcuè uti liceat. T. 10. c. 41. C.

De locationis, & conductionis contractibus. T. 10. c. 1043. B.

Locationi recte comparari negotium do, ut facias. T. 7. c. 831. D.

Locationi venditoris an, & quando emptor ſtare teneatur. T. 7. c. 856. D. & ſeq.

Locationem venditionem appellari. T. 3. c. 227. E.

Locationem feciſſe non videntur, aut videri poſſunt emptor, & mulier, & legatarius, & proprietarius, & eorum plerumque intereſt non ſervari locationem a venditore, vel marito, vel teſtatore, vel uſufructuario factam. T. 5. c. 565. A.

Locationem proprietatis an heres locatoris ſervare omnimodo teneatur. T. 5. c. 564. C. D.

Locationem veteres vocabant venditionem. T. 7. c. 1291. A.

Locationem veteres appellaſſe venditionem, & conductionem emptionem. T. 7. c. 1325. D.

Locationem conductionem nullam eſſe, ſi error interveniat. T. 8. c. 390. B. C.

Locationem factam nummo uno haberi inſtar donationis. T. 8. c. 271. C.

Locationem inter, & emptionem differentiæ. T. 10. c. 1044. A. B.

In locationem arra non intervenit. T. 3. c. 104. E.

Locatione in quinquennium factâ, an conductor coloniam, vel ædes conductas deſerere poſſit ante finem quinquennii, & qua ex cauſa. T. 5. c. 526. D.

In locatione an arbitrium profuſum, aut arbitrium ex æquo requiratur. T. 5. c. 524. D.

In locatione, & conductione promiſcuè utimur emptionis verbo. T. 7. c. 1290. E.

In locatione fidem contractus maximè ſervandam. T. 9. c. 412. D.

In locatione conſtituuntur plures rei debendi. Ibid. B.

In locatione an ſit reſtitutio, ut in venditione. T. 9. c. 374. D.

In locatione, & conductione quomodo ſit locus legi 2. *C. de reſcindenda vend.* T. 10. c. 197. B.

Locatione contractâ res eadem redditur, contracto fænore non redditur eadem. T. 10. c. 462. C.

Locationes Cenſorum olim dicebantur venditiones. T. 3. c. 227. E. & T. 7. c. 825. C. & T. 10. c. 38. C.

Locationes in luſtrum fiebant. T. 1. c. 215. C.

Ad locationes edictum ædilitium pertinere. T. 3. c. 358. E.

Locationes rerum Eccleſiaſticarum annos 30. non excedant. T. 1. 548. A.

Locationes omnes quandonam per ſingula luſtra, id eſt, per quinquennium fierent. T. 5. c. 563. C.

Locationes, quæ fiunt in modicum tempus, & hæ, quæ fiunt in longum tempus, quæ ſint. T. 7. c. 377. A. & ſeq.

Locationes ſolebant fieri in quinquennium. T. 7. c. 377. A.

Locationes publicorum vectigalium fiebant olim in quinquennium a Cenſoribus, hodie in triennium. T. 10. c. 580. E.

In locationibus publicorum operum quid obſervetur, vel tacitè etiam. T. 5. c. 524. B.

De locationibus in quinquennium. T. 5. c. 525. E.

In locationibus, & venditionibus an fiſcus, & reſpublica differant. T. 6. c. 513. B.

De locato, & conducto. Tom. 1. c. 395. B. & T. 9. c. 406. A. & ſeq.

Actio ex locato conducto an detur ex parte locatoris, an ex parte conductoris. T. 10. c. 46. C.

Actio ex locato, & actio ex conducto ſæpe ſumuntur utralibet pro altera. T. 10. c. 768. D. E.

Locator, & conductor quid. T. 1. c. 773. C.

Locator, vel is, cui locator reſiſtere poteſt, ſi conductorem fundo locato frui prohibeat, hoc caſu quæ actio conductori datur. T. 1. c. 1481. B. C. & c. 1483. A.

Locator, etiamſi ſine dolo, vel culpâ ſuâ domus evicta ſit, quid præſtare conductori tenetur. Tom. 1. c. 1484. D.

Locator modò dat pretium, modò conductor. T. 3. c. 104. E.

Locator, qui domum demolitus eſt reficiendi cauſâ, in quid conductori tenetur. T. 1. c. 1483. C. D.

Locator eſt is, qui dedit aliquid fruendum, vel faciendum, eſtque definitio Cujacii. T. 4. c. 175. B.

Locator eſt is, qui mercedem accipit, ut dominus ædium, ſi ædes locaverit. Ibid. B.

Locator quandonam damnetur in ſolidum ſine ulla deductione intereſſe. T. 5. c. 527. B. C.

Locator ſi colono uſumfructum fundi legaverit, quanam actione uti poſſit colonus. T. 5. c. 529. A. B.

Locator quibus caſibus conductorem expellere poſſit ante impletum tempus conductionis. T. 6. c. 1027. E.

Locator, & emptor qui differant. T. 7. c. 700. B. C.

Locator an poſſidere poſſit per colonum, qui adhuc ſit pupillus, & conduxit ſine tutoris auctoritate. T. 8. c. 296. B. C.

Locator quiſnam ſit. T. 5. c. 522. D. & T. 10. c. 42. C. & c. 1044. B.

Locator quid conductori præſtare debet, ſi rem alienam locaverit, & ea evicta ſit a domino, ſi ſciens locaverit. T. 9. c. 410. D.

Locator poſtquam præſtitit conductori, ut fundo frueretur, ſi fundus perierit caſu majore, an teneatur ex conducto mercedem remittere, aut quam prorogavit reddere. T. 10. c. 47. E.

Locator nec dominium habet, nec poſſeſſionem. T. 10. c. 518. A.

Locator, & emphyteuta Eccleſiaſticus poſt biennii ceſſationem a canonis ſolutione poteſt expelli. T. 10. c. 668. D.

Lo-

Locatoris, & conductoris nominum differentia. T. 3. c. 43. E. & c. 684. D.
Locatoris eſt dare, conductoris accipere. T. 4. c. 175. B. exemplum habes in magiſtro navis, et domino navis. Ibid. B. C.
Locatoris, et conductoris definitionem ſcire quare multum interſit, T. 5. c. 522. D.
Locatori, et conductori an, et quomodo ſubveniatur. T. 10. c. 197. E.
Locatori, non conductori datur reſciſſio. T. 10. c. 1043. C. D.
Locatorem oportet præſtare conductori frui licere. T. 1. c. 1483. A.
Loci adjectio, quaſi temporis eſt adjectio. T. 3. c. 410. A.
De loci ſervatoribus. T. 3. c. 67. A. B.
Loci ſacri, vel religioſi emptio nulla eſt, et cur. T. 4. c. 944. D. E.
Loci ſacri nulla eſt venditio. T. 4. c. 945. E.
Loci publici quare nullus intelligatur eſſe dominus. T. 5. c. 660. B.
Loci, quem mare, aut flumen occupavit, an poſſeſſio amittatur. T. 5. c. 716. A.
Loci corpus an ſit dominii ipſius, cui ſervitus debetur. Tom. 7. c. 451. C.
Locis ſacris, vel publicis venditis, deceptus a venditore an habeat actionem ex empto. T. 1. c. 213. C.
De locis, & itineribus publicis interdictum. T. 1. c. 850. A.
De locis religioſis. T. 1. c. 758. A.
Loco ineſſe tempus. T. 1. c. 1280. B.
De loco, quo quis ſolvere ſe obligavit. T. 6. c. 462. A.
Loco ſecundo ſcriptus coheres eſt. T. 7. c. 898. C.
De loco quæſtio. T. 7. c. 471. E.
Alio loco non judicatur res, quàm quo eſt conteſtata. T. 10. c. 753. E.
De loco quoties quæritur, non diſtinguitur inter locum, quo lis conteſtatur, et ubi lis judicatur. T. 10. c. 402. B.
Locorum intervalla quomodo metiantur Græci, Latini, Itali. T. 8. c. 482. E.
Locos nominamus ſecundùm ordinem ſucceſſionis. T. 7. c. 898. D.
Locum ſacrum qui facit, an is alienare locum dicatur. T. 4. c. 449. B.
Locum religioſum quæ perſonæ facere non poſſunt. T. 4. c. 164. C.
Locum in inſtitutione quomodo accipi oporteat. T. 7. c. 898. C.
Locum religioſum, vel ſacrum an ſcientes poſſidere poſſimus. T. 8. c. 293. D.
Locuples quid ſit propriè, & qua ratione cavere debeat. Tom. 5. c. 94. A.
Locuples an ſatiſdet. T. 5. c. 656. E.
An locuples factus videatur, qui rem, quam habuit, in pecuniam, aliamve rem convertit, licet eam rem, vel pecuniam poſtea diſperdiderit. T. 6. c. 420. D.
Locuples cautionem an præſtet. T. 8. c. 535. D. E.
Locupletari me ex re tua æquum natura non eſt. Tom. 1. c. 1260. E.
Locupletes, & aſſidui, qui poſſident bona immobilia, non ſatiſdant. T. 6. c. 45. E.
Locupletes non ſatiſdant. Tom. 9. c. 182. C.
Locupletes qui dicuntur. Ibid. C.
Locupletior factus non eſt, qui libertum adquiſierit. T. 4. c. 1197. C. & T. 8. c. 715. C. D. & c. 824. D. & c. 873. A.
Locupletior qui ſemel factus eſt ante litem conteſtatam, an videatur deſiiſſe locupletior eſſe. T. 6. c. 11. D. E.
Locupletiſſimus quiſque an ſemper intelligatur ſatis idoneus. T. 5. c. 657. A.
Locus publicus quid. T. 1. c. 850. C.
Locus ſextus honoratior. Tom. 2. c. 444. E.
Locus ſacer, eſſe deſinit victoriâ non ruinâ ædificii, fitque profanus victoria. T. 4. c. 944. E. quod Marcus Tullius libro de ſignis, & Virgiliis 12. Æneid. teſtantur. Ibid. E. & c. 945. A.
Falcidiæ locus non eſt invito teſtatore. T. 4. c. 267. C.
Locus non occupatur religione. T. 4. c. 165. C. ſummum jus eſt jus ſtrictum, & ſumma æquitas eſt ſumma ratio. Ibid. E. & c. 166 A. quæ ratio e duabus ſummis rationibus videtur potior. Ibid. c. 165. E.
Locus purus quis eſt, item religioſus locus quis. T. 4. c. 165. A.
Locus ſacer, aut religioſus an transferatur per venditionem in emptorem. T. 4. c. 255. D. licèt cedere poſſit in modum agri. Ibid. D.
Locus religioſus. Vide, Sepulcrum.
Locus, & ſpecies certa loci, vel rei in judicium delatæ an exprimi debeant. T. 5. c. 99. D. & ſeq.
Locus monumenti puri quare vendi poſſit. T. 5. c. 389. A. B.
Locus vulneris an poſſit augere atrocitatem delicti. T. 5. c. 755. C.
Locus purus quiſnam dicatur propriè. T. 5. c. 388. E.
Locus religioſus. T. 5. c. 924. D.
Locus religioſus quando fit. T. 5. c. 925. E.
Locus profanus quando fit. T. 5. c. 926. D.
Locus an poſſit facere inſtitorem. T. 5. c. 431. A. B.
Locus religioſus, licèt ſolus ſpecialiter vendi non poſſit, cum univerſitate tamen, cum fundo toto vendi poteſt. Tom. 6. c. 659. C. D.
Locus non facit prædium urbanum. T. 7. c. 477. C.
Locus ſacer, & religioſus an vendi poſſint. T. 7. c. 692. B. C.
Locus publicus quis ſit. T. 7. c. 398. D.
Locus publicus. T. 8. c. 556. A. & ſeq.
Locus quid. T. 8. c. 534. E.
Locus illatione mortui religioſus fit. T. 8. c. 293. D.
Locus, & tempus pretii varietatem adferunt. T. 10. c. 753. C.
Locuſtarum examina inter ſegetum calamitates numerari. Tom. 3. c. 448. C.
Locuſtarum edacitas, aut pernicies a Plinio vocatur ira Dei. T. 10. c. 666. C.
Lodicula. T. 3. c. 369. E.
Logiſtæ curatores ſunt, & patres reipublicæ. T. 2. c. 772. A.
Logographi qui ſint, & quæ eorum privilegia. Tom. 2. c. 770. D.
Logotheta quis dicatur. Tom. 2. c. 1151. E.
Longa præſtatio tacitam pactionem inducit. T. 4. c. 749. B.
Quæ ſit longa conſuetudo. T. 9. c. 1325. C. & ſeq.
Longævus pro ſene, necdum mortuo. T. 10. c. 142. B.
Longi temporis præſcriptio quomodo continuetur. Tom. 5. c. 812. A.
Longi temporis poſſeſſio. Vide; Poſſeſſio.
Longi temporis definitio quæ. T. 9. c. 613. B.
Longi temporis præſcriptio. Vide; Præſcriptio.
In Longobardia qui ſummi ordines; T. 8. c. 646. E.
Longum tempus, longave conſuetudo quonam tempore æſtimetur. T. 5. c. 662. A.
Longum tempus quid. Tom. 7. c. 397. A.
Longum tempus dicitur 30. annis; T. 9. c. 1325. D.
Qui loqui apertiùs potuerunt, nec loquuti ſunt, hi decipere voluerunt. T. 4. c. 104. E.
Loquitur obſcurè, qui quod dixerit non apparet; ambiguè loquitur, qui ſi verum loquitur, non apparet. T. 4. c. 105. A.
Qui loquitur obſcurè, in eo dolus eſt, ut in eo, qui ambiguè loquitur. Ibid. A.
Loquitur perfuſoriè, qui rem totam non aperit, ſed reticet aliquid. Ibid. A.
Lora quod genus potionis. T. 3. c. 319. C.
Loricarum fabricæ. T. 2. c. 1122. D.
Loris, flagellis, flagris non cæduntur liberi homines, ſed fuſtibus, ſive virgis. Tom. 7. c. 126. E.

Lotr, & venter. T. 9. c. 427. D.

Lucas Penna errorum, & ineptiarum amaxarius iogens. Tom. 2. c. 799. C.

Lucii Seoatuſconſulta ut plurimum vera. T. 6. c. 961. C. D.

Lucius Lentulus juriſconſultus primus codicillos introduxit. T. 1. c. 147. A.

Lucius vir ſapiens, Chriſtiaous repente factus. T. 3. c. 33. E.

Lucra, & damna poſt mortem teſtatoris illata ſuſtinet heres. T. 4. c. 201. B. ſecus in nominibus factis deterioribus, ſeu melioribus. Ibid. C.

Lucra, quæ obtingont poſt mortem, ad ſolum heredem pertinent. Ibid. B.

Lucra primarum nuptiarum liberis primi matrimonii, lucra ſecundarum nuptiarum liberis ſecundi matrimooii taoquam patesna ſervaotur. T. 9. c. 460. C.

Lucra nuptialia ſervantur liberis cujuſcumque matrimonii. Ibid. C.

Lucra primarum nuptiarum, viduitatem ſervante matre, ſervantur ſolis liberis prioris matrimonii; ita ſecundarum nuptiarum lucra, viduitatem ſervante matre, nec adſpirante ad tertias, cedunt ſolis liberis ſecundarum nuptiarum. T. 9. c. 451. B.

Lucra nuptialia. T. 9. c. 461. C. & ſeq.

Lucra inſperata, & adventitia utrùm & in rem noſtram verti propriè dicantur. T. 5. c. 155. E.

Lucratio inſperata, & adventitia in bonis noſtris. Ibid. E.

Lucrativa, & onerosa cauſa. Vide, Cauſa lucrativa.

Lucrativa non eſt cauſa dotis. T. 6. c. 432. A. B.

Lucrativa non eſt cauſa emptionis, aut cauſa crediti. Ibid. A.

Lucrativa cauſa cum non lucrativa concurrere poteſt. Ibid. B.

Lucrativa cauſa cum alia lucrasiva cauſa concurrere non poteſt. Ibid. B.

Lucrativa eſt cauſa conſolidationis. T. 6. c. 220. A.

Lucrativa cauſa, & non lucrativa in quo differunt. T. 9. c. 1022. B. & c. 1535. E.

Quaſi qui rem habet ex lucrativa cauſa, &c. T. 9. c. 1493. C.

Lucrativâ cauſâ qui rem habet, utatur acceſſione temporis, quo poſſedit auctor ſuus. T. 9. c. 1022. B.

Lucrativæ cauſæ duæ in eandem rem concurrere non poſſunt, in eandem quantitatem poſſunt. T. 3. c. 404. B.

Lucrativæ duæ cauſæ in eandem rem, & perſonam eandem concurrere non poſſunt. Tom. 4. c. 441. C.

Lucrativæ duæ cauſæ in eundem hominem, & eandem rem concurrere non poſſunt. Tom. 4. c. 1152. A.

Lucrativæ duæ res in eandem perſonam, ut in eandem rem, concurrere non poſſunt. T. 4. c. 617. A.

Rei lucrativæ poſſeſſores ſunt legatarii, & fideicommiſſarii. T. 4. c. 1151. C.

Duæ lucrativæ cauſæ in eandem rem, & eundem creditorem concurrere non poſſunt. T. 6. c. 354. D. & c. 370. D.

Lucrativæ duæ cauſæ concurrere poſſunt in eundem hominem, & duas diverſas res. T. 6. c. 222. A.

Lucrativæ cauſæ duæ in eandem rem, & eundem hominem concurrere non poſſe. T. 7. c. 771. C.

Lucrativæ cauſæ duæ an in eandem rem concurrere poſſint. T. 7. c. 1016. C.

Lucrativæ duæ cauſæ in eandem rem concurrere oon poſſunt. T. 7. c. 1222. D.

Lucrativæ duæ cauſæ in eandem perſonam, & in eandem rem an poſſint concurrere. T. 10. c. 759. A.

Lucrativas duar cauſas in eandem rem, & in euudem hominem concurrere non poſſe. Tom. 6. c. 218. D. in quibus locum habet. Ibid. E.

Lucrativar cauſas duas in eandem perſonam concurrere noo poſſe. T. 7. c. 1074. D.

Lucrasivi tituli. T. 2. c. 731. D. & c. 733. B.

Lucrativi tituli qui ſunt. Tom. 6 c. 219. C.

De lucrativis duabus cauſis. T. 6. c. 432. C.

Lucrativorum onus. T. 2. c. 733. A.

A lucrativorum deſcriptione immunes eſſe Eccleſias, quid ſit. T. 10. c. 856. E.

Lucri intercepti in judiciis arbitrariis habetur ratiu. T. 1. c. 1280. B.

Lucri ſpecies eſt uſucapio. Vide, Uſucapio.

Lucri faciendi cauſa cum damno alterins auxilium reſtitutionis non datur. T. 4. c. 342. C.

Lucri, & damni compenſatio quando, & in quo locum habeas. T. 5. c. 917. D. & ſeq.

Lucri creditoris, & debitoris moræ quando, & quæ ratio habeatur. T. 5. c. 929. C. D.

Lucri, vel acceſſionis ſpecies eſt, ſi non decrevit, quod decreſcere potuit. T. 7. c. 1422. B.

Lucri cauſâ utriuſque quotiens ratio vertitur, is præferendus eſt, cujus in lucrum cauſa tempore præcedit. T. 8. c. 707. A. & c. 812. B. C. & c. 868. A.

In lucris error juris non prodeſt. T. 4. c. 1431. B.

In lucris nec maſculis, nec fœminis jus ignoransibus ſuccurritur, in damnis verò ſuccurritur. T. 4. c. 508. A.

In lucris jus non ſolet ſubvenire. T. 4. c. 503. E.

In lucris, ſive compendiis mulieri non prodeſt juris ignorantia. T. 8. c. 214. D.

In lucris interceptis, quotiens noſtra intereſt, loquimur affirmativè. T. 10. c. 749. D. E.

De lucro qui certat, an potior ſit eo, qui de damno certat. T. 4. c. 1179. A.

De lucru, & damno ſocietatis. T. 7. c. 580. B.

De lucro duorum cum quæritur, potiorem eſſe poſſeſſorem. T. 8. c. 812. C.

De lucro cum quæritur duorum, melior eſt cauſa poſſidentis. T. 8. c. 678. A. & c. 707. A.

In lucro vix ulli unquam ſubvenitur, qui contempſerit juriſconſultum. T. 9. c. 651. A.

Lucrorum duo ſunt genera, unum, quod abſque damno alterius; alium, quod cum damno alterius obvenit. T. 5. c. 367. C. D.

Lucrum quid. T. 1. c. 1468. A. & T. 4. c. 504. B. & T. 10. c. 1074. D.

Lucrum eſt pietatis nomine ſumptum facere. T. 2. c. 1014. C.

Lucrum, vel damnum non ex eventu notatur. T. 1. c. 1460. C.

Lucrum, & damnum inter ſocios communicatur. T. 1. c. 393. D.

Lucrum ſibi parare ſub beneficii ſpecie non eſt honeſtum. Tom. 1. c. 1458. A.

Lucrum extrarium. T. 1. c. 1482. A.

Lucrum ab eo, quod intereſt, ſeparatur. T. 1. c. 1481. A.

Lucrum magnum ferat, qui magnum adit periculum. Tom. 1. c. 1408. C.

Lucrum nemo facere debet ex aliena jactura. T. 4. c. 893. B.

Lucrum eſt dare beneficium amico, inire gratiam alienam, gerere negotia aliena. T. 4. c. 260. E.

Lucrum eſt, quod ex alieno mihi obvenit ſine ullo onere meo. T. 4. c. 504. B.

Lucrum inhoneſtum petitori reſtitui an æquum ſit. T. 5. c. 265. D.

Lucrum interceptum damni ſpecies quædam eſt. T. 5. c. 870. A.

Lucrum, & quæſtus an conjungenda ſins in contractu ſocietatis. T. 5. c. 480. A. B.

Lucrum captare ex damno alieno dolus eſt. T. 6. c. 137. D.

Lucrum eſt donatio, quæ extrinſecùs accedit. T. 7. c. 1468. B.

Lucrum omne auferendum eſt poſſeſſori ſive bonæ fidei, ſive malæ fidei. T. 7. c. 304. B.

Lucrum ex qua perſona quis capit, ejus factum præſtare debet. T. 8. c. 724. B. & c. 836. A. & c. 877. A.

Lu-

Lucrum ceſſans, vel damnum emergens. T. 9. c. 1075. C.
Lucrum luctuoſum quale. T. 9. c. 470. C. triſte. Ibid. C. diutæ fortunæ ſolatium. Ibid. C.
Lucrum quo caſu in venditione fundi compenſetur cum damno. T. 10. c. 751. D. E.
Lucrum omne an veniat in actione ex empto. T. 10. c. 754. C.
Lucrum turpe eſt, quod etiam ad innocentes ex alieno ſcelere pervenit. T. 10. c. 962. C.
Lucrum non facere in re lucrativa non venit in æſtimationem ejus, quod intereſt. Tom. 10. c. 1087. C.
De luctu mulierum. T. 2. c. 1075. D. & T. 3. c. 159. E.
Luctu, vel furore qui mortem ſibi conſciverit, an ejus teſtamentum valeat. T. 4. c. 374. B. C.
In luctu quis modus præſcribitur. T. 4. c. 30. C.
De luctu parentum, & liberorum, & cognatorum, & an lugeri debeant. T. 5. c. 103. A. & ſeq.
Luctu indigni quidam mariti, & qui ſunt. Tom. 9. c. 452. A. B.
Luctui peragendo definierant decem menſes mulieribus. Tom. 1. c. 532. C.
Luctui fœminarum quinam primi annum definiere. Tom. 10. c. 11. B. C.
Luctui peragendo fœminis olim conſtituti decem menſes. T. 10. c. 672. B.
Luctuoſa, & triſtis hereditas cur ſic appellata. T. 8. c. 180. C.
Luctum pietas exigit ab omni cognatione, & agnatione. Tom. 4. c. 30. C.
Luctus fœminæ ob maritum defunctum quamdiu continuandus. T. 2. c. 1075. D.
Luctus indicitur non tantùm propter turbationem ſanguinis, ſed & propter reverentiam mariti. T. 1. c. 539. E.
Luctus vel eſt πένθος, vel πένθιμον. Ibid. E.
Luctus ſignum actus maritalis ratio. T. 3. c. 613. D.
Luctus maritorum an impedimento eſſe nuptiis debeat. Ibid. E.
Luctus mulieris in marito lugendo qualis eſſe debeat. T. 3. c. 613. D.
Luctus tempus quale eſſe oporteat. Ibid. D.
Quod genus luctus requiritur a cognatis, & agnatis. T. 4. c. 30. D. E.
Luctus eſt dolor vel amiſſæ uxoris, vel amiſſi viri. Tom. 4. c. 374. B.
Luctus defuncti variis nominibus effertur, & quibuſnam. Tom. 4. c. 29. C.
Luctus nomen dierum ſpatio celebratur. T. 4. c. 29. E. hic mos a Chriſtianis non obſervatur. Ibid. E.
Luctus, qui ab herede deſideratur, in quibus conſiſtit. Ibid. D.
Luctus ſponſi nullus eſt, & cur. T. 5. c. 92. C.
Luctus mulieris, defuncto marito, in quo conſiſtat. Ibid. C.
Intra annum luctus nubens mulier fit infamis. T. 7. c. 891. C.
Luctus religionem nullam debet vir uxori. T. 9. c. 452. A.
Luctus quando minuitur, finiturque. T. 9. c. 455. D.
Luctus minutio non conſiſtit in licentia nubendi, ſed in poſitu atri, & lugubris habitus. Ibid. E.
Luctus dignorum, & luctus indignorum. T. 10. c. 392. A.
Ludi prohibiti, vel permiſſi. T. 2. c. 184. E. & c. 185. A.
Ludi, qui vocabantur citiſtræ. T. 9. c. 248. E.
Ludicra cruenta penitus tollenda. T. 2. c. 832. D. E.
De ludis juris ſtudioſis interdictis. T. 3. c. 147. A.
Ludorum publicorum expenſæ. T. 2. c. 827. B. C.
Ludorum quinque genera legibus non vetita. T. 10. c. 948. B.
In ludum damnatio. T. 3. c. 368. A.
Ludus duplex, gladiatorius, & venatorius. T. 1. c. 459. D.
Luere, reluere, repignerare. T. 2. c. 547. E. & c. 548. A.
Luere eſt verbum 12. tabularum, pro quo dicunt reluere, & repignerare. T. 9. c. 1237. B.
Lugdunenſi ſupercilio Præfectus. T. 10. c. 820. D.
Lugendi ſunt parentes, liberi, agnati, cognati ſecundùm pietatis rationem. T. 4. c. 30. C. ſecus facientes non carent notâ, infamiâ. Ibid. D.
Lugendi ſunt parentes annum integrum, ſed non neceſſariò integrum annum, & lugendi ſunt a liberis, etiamſi ſint exheredati a patre, vel præteriti a matre. T. 4. c. 29. E. & c. 30. A.
Lugendi non ſunt capite damnati. T. 9. c. 452. A. B.
Lugendi ſunt parentes, & liberi, & agnati, & cognati. T. 9. c. 455. B. huic luctui non eſt præſcriptum certum tempus. Ibid. B. hic luctus non eſt impedimento nuptiis. Ibid. B. hic luctus diſfert a luctu, quem mulier ſuperſtes perſolvere debet marito defuncto. Ibid. B.
Olim qui lugebat, abſtinere debebat a conviciis, ornamentis, & alba veſte. T. 10. c. 613. D.
Lugebitur is, qui in bello cecidit, etſi corpus ejus non compareat. T. 4. c. 31. D.
Propinqui non lugent capite damnatum. T. 2. c. 1075. E.
Cur lugent liberi parentes, quibus heredes non extiterunt. T. 4. c. 30. A.
Lugentes quibus rebus abſtinere debent. T. 1. c. 382. A.
Lugeo a λύζω, quod eſt ſingultio, unde Ovidius, & Ariſtoteles. T. 4. c. 30. D.
Inter lugere, & elugere differentia quæ. T. 4. c. 31. A. item plus eſt evincere, quàm vincere, et plus eſt exigere, quàm agere. Ibid. A.
Lugere debet defunctum heres extraneus. T. 4. c. 28. B. C.
Lugere, et elugere in quo differunt. T. 9. c. 456. C.
Lugeri debent liberi a parentibus. T. 4. c. 30. B. C.
Lugeri debent parentes, et liberi, imò generaliter cognati, et agnati. Ibid. C.
Non luget maritus uxorem. T. 5. c. 92. C.
Non luget vir uxorem. Tom. 9. c. 452. A.
Lugubres veſtes, quando deponere liceat. Tom. 9. c. 455. A. et ſeq.
A lugubri ſtructura quæ aliena ſunt. T. 9. c. 1174. B. C.
De luitione pignoris. T. 9. c. 1235. E.
Lumen eſt, ut cælum videatur; proſpectus, ut terra, vel mare. T. 4. c. 97. C.
Lumen, et proſpectus in quo differunt. T. 7. c. 408. C. & Tom. 9. c. 1181. E. & Tom. 10. c. 409. B. & c. 1182. E.
Lumina balneorum, & thermarum. T. 2. c. 783. B.
Lumina, et feneſtræ an differant. T. 5. c. 903. D.
Lumina. Vide, Servitus.
Lumina futura an etiam concedi poſſint. T. 7. c. 421. D.
Lumina quis mutare dicatur. T. 7. c. 415. D.
Lumina uti nunc ſunt, ut ita ſint, ſi conſtituatur, an videatur actum de futuris. T. 7. c. 421. E.
Luminibus an viridaria obſtent. T. 7. c. 413. E.
Luminibus ne officiatur, et ne proſpectui officiatur, quomodo differunt. T. 7. c. 408. A.
Luminibus ne officiatur, quid ſit. T. 7. c. 415. D.
Luminibus ne officiatur, quomodo conſtitui poſſit. Tom. 7. c. 421. D.
Luminibus ne officiatur, ſervitutem debens an arborem ponere poſſit. T. 7. c. 413. E.
Luminibus ne officiatur, ſervitutem debens an ædificare poſſit. T. 7. c. 408. E.
Luminibus viridaria obſtant. T. 7. c. 413. E.
Luminis immittendi jus in ædes, vel cavædium vicini qui non habet, aperto pariete communi, nullo jure feneſtras mittere poteſt. T. 6. c. 518. D.

Luminis ſervitutem debens an ædes ſuas deprimere poſſit. Tom. 7. c. 414. A.

Luminis ſervitutem debens an ſolem auferre poſſit. T. 7. c. 413. E. & c. 414. A.

Luminis immittendi, et recipiendi idem jus eſt. T. 7. c. 408. D. E.

Luminum ſervitus niſi imponatur, non licere feneſtras immittere in vicini ædes. T. 7. c. 428. E.

Luminum ſervitus quæ ſit. T. 7. c. 408. D.

Luminum ſervitutem debens an prohibeatur in ſuo ædificare. Ibid. E.

Luminum ſervitutem inter, & ne luminibus officiatur, quæ differentia ſit. Ibid. D.

Lupinis poſitis an liceat ludere. T. 10. c. 948. C.

Lurco, & lurcoſus. T. 3. c. 303. B.

Luſca imago, vulgo *image porphile*, quæ. T. 9. c. 1198. D.

Luſcus quis dicitur. Ibid. D.

Luſcus vitioſus eſt. Ibid. C.

Luſuria minatio. T. 5. c. 867. A.

Luſoriæ minæque dicuntur. Ibid. A.

Luſoriæ minæ. T. 6. c. 249. D.

In luſtra ſingula ſolebant vectigalia privata, & publica locari. T. 7. c. 377. A.

Luſtramentum quid ſit. T. 13. c. 447. E.

Luſtrationis agrorum formula. T. 3. c. 224. E.

Luſtricus dies quid. T. 9. c. 1360. D.

Luſtrum conditum an retrotrahatur. T. 9. c. 683. B. C.

Luſtrum conditum quid. Ibid. B.

Luxuria eſt omnis diſſolutio morum. T. 1. c. 1165. D.

Luxuria exiſtimata eſt habere, quod poteſt totum perire. T. 3. c. 272. E.

M

MAcarii quinam apud Donatiſtas. T. 10. c. 829. B.

Macedoniæ Proconſul. T. 4. c. 832. C.

Macedoniani exceptioni renuntiare non poteſt filius familias. T. 9. c. 321. E.

Macedoniani. T. 10. c. 854. B.

Macedoniani, & Vellejani Senatuſconſulti ſententia an ſit opponenda ante ſententiam. T. 10. c. 1231. E.

Macedonianum Senatuſconſultum. Vide, enatuſconſultum.

Macedonianum, & Vellejanum in quo conveniunt, & in quo non conveniunt. T. 9. c. 321. D. E.

Macedonianum Senatusconſultum ad quos pertineat. T. 10. c. 979. E.

Quid habeat commune cum Senatusconſulto Vellejano. T. 10. c. 980. C. D.

Maceria vetuſta ferundo oneri par non eſt. T. 10. c. 514. E.

Maceries eſt paries ex puro cæmento, ſive arenato, & calce. T. 4. c. 547. D.

Macheræ parvæ permittuntur privatis, quia non ſunt arma bellica. T. 2. c. 1123. A.

Machilda pro Launachilda. T. 2. c. 1242. D.

Machiones, unde nomen Gallicum *macon*. T. 6. c. 744. D.

Macon nomen Gallicum unde deductum. Ibid. D.

Macrinus Imperator juris peritiſſimus decrevit abolere omnes Principum conſtitutiones, ut ex jure ageretur, non ex reſcriptis. T. 4. c. 27. C.

Magiam qui exercent, & conſcii, & qui magiæ libros apud ſe habent, ſummo ſunt afficiendi ſupplicio. T. 5. c. 506. D. E.

Magicæ artes prohibentur. T. 9. c. 1437. A. & ſeq.

Magicis artibus dediti ſunt plerumque violatores ſepulcrorum. T. 9. c. 1437. E.

Magis ſpectatur id, quod in veritate eſt, quàm quod eſt in exiſtimatione mentis. T. 4. c. 504. D.

Magis articulus, & ejus vis. T. 5. c. 393. A.

Magis dictio dupliciter accipitur, electivè, & comparativè. T. 7. c. 970. B.

Magiſter cenſus. T. 2. c. 912. A.

Magiſter fiſci, vel æris. T. 2. c. 645. A.

Magiſter officiorum. T. 2. c. 67. C.

Magiſter officiorum Comes etiam dicitur. T. 2. c. 941. D.

Magiſter officiorum eſt fabricenſium judex. T. 2. c. 802. A.

Magiſter officiorum, gallicè *Prævoſt de l'hoſtel*, & quod ejus munus. T. 2. c. 898. E.

Magiſter militum. T. 2. c. 1085. A.

Magiſter navis *wiervnis*. Tom. 1. c. 764. E.

Magiſter navis quis ſit. Tom. 5. c. 427. D.

Magiſter ſocietatis quis ſit. T. 5. c. 491. E.

Magiſter olim jure ordinario cœpit appellari, jure extraordinario curator. T. 8. c. 533. A.

Magiſter quis. T. 8. c. 532. D.

Magiſter cenſus habet jus actorum publicorum conficiendorum. T. 9. c. 714. E. & c. 715. A. et c. 788. D.

Magiſter navis quomodo a Græcis vocatur. Tom. 9. c. 304. B. navicularius vocatur. Ibid. B.

Magiſter officiorum frater chariſſimus auguſtorum appellabatur. T. 10. c. 853. C.

Magiſteriani interpretes. Tom. 2. c. 1123. C.

Magiſteriani literarum peritiſſimi erant, edebant omnia acta, et excipiebant, conferebantque ſcripturam cum ſcriptura. T. 9. c. 289. B.

Magiſteriani unde ſic dicti. T. 10. c. 930. B.

Magiſterium præſentale. Tom. 2. c. 959. B.

Magiſtri equitum an ſint magiſtratus. T. 1. c. 900. C.

Magiſtri ſcriniorum, memoriæ, epiſtolarum. T. 2. c. 905. C.

Magiſtri ſcriniorum munerum perſonalium excuſationem habent. T. 2. c. 905. B. & ſeq. & eorum dignitas. Ibid. B. & ſeq.

Magiſtri literarum ab onere metatorum liberantur. T. 2. c. 975. A. B.

Magiſtri ſtudiorum ordinis decreto conſtitui debent, qui bonis moribus præditi ſint. T. 2. c. 756. D. E.

Magiſtri artium liberalium a civilibus muneribus excuſantur, non eorum filii. T. 2. c. 713. C. & c. 744. E.

Magiſtri duo militum præſentialium. T. 2. c. 959. B.

Magiſtri pedanei. T. 8. c. 794. B.

Magiſtri militum. T. 9. c. 414. D.

Magiſtri officiorum. Ibid. D.

Magiſtri cenſus. T. 9. c. 714. E. et. c. 715. A. et c. 788. D.

Magiſtri militum dignitas, et poteſtas. T. 10. c. 844. D.

Sub magiſtri officiorum juriſdictione quinam erant. T. 10. c. 846. D.

De officio magiſtri officiorum. Ibid. B. et ſeq.

Magiſtri officiorum cum Quæſtore comparatio. Ibid. B.

Magiſtri officiorum dignitas an temporalis, an continua. Ibid. B. C.

Magiſtrianus timor. T. 5. c. 141. C.

Magiſtros militum Conſtantinus primus fecit. T. 2. c. 64. D.

Magiſtros militum poſſe judicandi officio fungi inter militares viros. T. 9. c. 150. C.

Magiſtratus quid. T. 1. c. 724. B.

Magiſtratus frequentiſſimè pro duumviris. T. 5. c. 796. A.

Magiſtratus ea, quæ ſunt juriſdictionis, imperiive mixti mandare poteſt; quæ verò lege, aut Senatuſconſulto ei data ſunt, non item. T. 1. c. 933. B. C.

Magiſtratus ſeparantur ab his, qui extra ordinem jus dicunt. T. 1. c. 730. E.

Magiſtratus, qui appellantem necarit, vel torſerit, lege Julia de vi damnandus. T. 5. c. 511. C.

Magiſtratus eſt, qui juriſdictionem habet. T. 4. c. 834. C.

Magiſtratus Princeps non eſt, nec juriſdictionem habet, ſed cognitionem extraordinariam. T. 4. c. 831. A.

Magiſtratus tutorem dare non poteſt, niſi lege nominatim concedente. T. 4. c. 9. E.

Magiſtratus, cui nihil nominatim denegatur, omnia habet. T. 4. c. 13. D.

Magiſtratus, & reus lege agere dicuntur. T. 4. c. 747. B. Vide, Lege agere.

Procurator Cæſaris de cauſa ſtatus non cognoſcit. T. 9. c. 120. B. ſed ſi in cauſa bonorum, vel hereditatis mota apud procuratorem Cæſaris incidat quæſtio ſtatus, de ea cognoſcere poteſt. Ibid. B.

Procurator Cæſaris quidam ſpecialis fuit, & dicebatur procurator viceſimæ hereditatum. T. 9. c. 793. D.

Procurator ante litem conteſtatam mutari poteſt. T. 9. c. 142. A. c. 146. E.

Procurator poſt litem conteſtatam non poteſt mutari. T. 9. c. 146. C.

Procurator poſt litem conteſtatam dari poteſt a tutore, quia conteſtatione fit litis dominus. T. 9. c. 142. D.

Procurator debet præſtare dolum, & culpam etiam leviſſimam. T. 9. c. 357. C.

Procurator, & geſtor in quo differunt. T. 9. c. 358. A.

Procurator, qui habet generale mandatum, poteſt tranſigere decidendi causâ, & ſolvere, & alienare, & pignerare, & aliud pro alio petere, ſed non donare, tranſigere deminuendi causâ. T. 9. c. 107. E.

Procurator fiſci eſt cognitor, & diſceptator rationum fiſcalium. T. 9. c. 1109. E. *Catholicus* dicitur, *Procureur general*, & hujus apparitores *Catholiciani*. Ibid. E.

Procurator conſtituitur ceſsâ actione, ut emolumentum litis ad nos redeat, vel in rem ipſius procuratoris. T. 9. c. 1335. C.

Procurator privatæ rationis eſt judex rerum fiſcalium. T. 9. c. 19. C.

Procurator quis dicitur. Tom. 9. c. 358. E.

Procurator ſummæ rei. Tom. 9. c. 377. B.

Procurator Cæſaris, aut Quæſtor, vel Legatus Proconſulis, an ex mandato Proconſulis poſſit fungi vice Proconſulis. T. 10. c. 95. A. B.

Procurator generalis an poſſit tranſigere. T. 10. c. 392. C. an poſſit jusjurandum deferre, ſolvere, paciſci, alienare, pignori obligare, & permutare. Ibid. C.

Procurator ſæpe pro geſtore accipitur. Ibid. E.

Procurator ſummæ rei eſt procurator Caſaris. T. 10. c. 657. B.
Procurator Caſaris non eſt competens judex inter privatos. T. 10. c. 661. C. D.
Procurator, qui generale habet mandatum, novare, & delegare poteſt. T. 10. c. 716. D.
Procurator ſemper cavet de rato. T. 10. c. 1187. B.
Procurator ſi promiſit judicatum ſolvi, atque ita promiſit rem à ſe defenſum iri, an cogatur defendere dominum, aut omnimodo ſubire judicium. T. 10. c. 748. E.
Procurator rem vendidit, & emptori cavit meo nomine poſt mandatum meum, quæritur, an ego, qui mandavi, habeam actionem ex vendito, & an tenear actione ex empto. T. 10. e. 768. C.
Procurator an poſſit admittere bonorum poſſeſſionem. T. 10. c. 785. C.
Procurator datus an alium procuratorem poſſit conſtituere. T. 10. c. 797. C.
Procurator eſt actor abſentis nomine. T. 10. c. 882. D.
Procurator in cauſam ſuam quandoque conſtituitur. T. 10. c. 884. D.
Procurator dicitur etiam mandatarius. T. 10. c. 885. A.
Procorator propriè quis ſit. Ibid. B.
Procurator actoris noo eſt idoneus, qui dominum non defendit. T. 10. c. 915. B.
Procurator Cæſaris habet juriſdictionem inter fiſcum, & privatum, non inter privatos. T. 10. c. 918. D.
Procurator Cæſaris in Syria Pontios Pilatus erat. T. 10. c. 931. B.
Procurator Cæſaris non cognoſcit de cauſa curiali, ſed de criminibus, & pœnis. Ibid. B.
Procurator Cæſaris jus habet exigendæ pœnæ, quam Præſes irrogavit, oon etiam judicandæ. Ibid. C.
Procurator an poſſit dari poſt litem conteſtatam. T. 10. e. 945. C.
Procurator an poſſit ex eventu litis alienæ ſibi cavere certam partem. T. 10. c. 989. A.
Procurator cum emit, etſi mandatum alienum exſequatur, ſibi tamen emit, non mandatori. T. 10. c. 1016. B.
Procurator quantum diſtet a nuntio. Ibid. C.
Procurator propriè eſt omnium bonorum. T. 10. c. 1225. A.
Procurator eſt ad agendum, eique incumbit etiam defenſio ejus nomine, cujus agit. T. 10. e. 1226. A.
Procuratoria exceptio. Tom. 1. c. 1364. B.
Procuratoria exceptio. Vide, Exceptio procuratoria.
Procuratoriæ exceptiones quænam ſint. T. 10. c. 1190. B.
Ut procuratorio nomine qui agit, viri boni arbitratu ſatiſdet, id dominum, qui abeſt, ratum habiturum. T. 5. c. 107. A. B.
Procuratoris ſcientiam domino non nocere. T. 1. c. 1496. C.
Procuratoris ſcientia inhibet actionem redhibitoriam. Ibid. B.
Procuratoris depoſito officio, an is relevetur onere obligationis contractæ ex cauſa venditionis, & evictionis poſtea ſequutæ. Tom. 4. c. 870. B.
Procuratoris, & tutoris eadem eſt ratio. T. 4. c. 927. A.
Procuratoris officium quid diſtat ab officio advocati. T. 4. c. 940. A. D. verba Senecæ in Hercule furente de procuratoribus quæ. Ibid. D.
Procuratoris officium eſt gratuitum, advocati verò non eſt gratuitum. Ibid. A.
Procuratoris litium ſalarium. Vide, Salarium.
Procuratoris habendi causâ ad lites qui manumittitur, is 18. annum attigiſſe debet. T. 5. c. 156. E.
Per procuratoris colluſionem, & corruptelam qui vicit, is non poterit a procuratore repetere pecuniam, quam ei dedit, ut prævaricaretur, & cur. T. 5. c. 478. B.
Procuratoris perſonam gerere qui poſſint, vel non. T. 5. c. 115. A. B. C.
Procuratoris falſi nec actin, nec petitio, nec perſequutio ulla fuiſſe intelligitur. T. 6. c. 471. C.
Procuratoris agentis alieno nomine eſt cavere de rato, non judicatum ſolvi. T. 6. c. 291. D.
Procuratoris idonei factum, ſive dolum malum, puta, ſi mandatum non exſequatur, vel ſi id rogatus non proferat in judicium, domino oocere. T. 6. e. 947. A.
Procuratoris delictum non debet in damnum eccleſiæ, vel monaſterii redundare. T. 6. e. 908. D.
Procuratoris ſcientiam domino nocere indiſtinctè. T. 7. c. 890. A. & T. 10. c. 458. D.
Procuratoris appellatione ſæpe continetur negotiorum geſtor. T. 7. e. 890. A.
Procuratoria ignorantia an ſcienti domino proſit. Ibid. A.
Procuratoris mutandi ratio quæ. T. 9. e. 146. C. D.
Procuratoris Cæſaris ſententiâ ita latâ, ut bona debitoris fiſci traderentur fidejuſſori ejus eâ lege, ut fidejuſſor fiſco immunitatem præſtaret, qoæritur, an valeat ſententia. T. 9. c. 1068. E.
Procuratoris appellatione ſæpe contioetur geſtor, cujus geſtus eſt poſtea comprobatus. T. 10. c. 458. D.
Procuratori rectè ſolvitur, ideo & rectè eum paciſci Paulus ait. T. 1. c. 933. B.
Procuratori datur actio mandati, vel negotiorum geſtorum. Tom. 1. c. 1460. C.
Procuratori annis minori; ſi dominus major ſit, in integrum non datur reſtitutio. T. 1. c. 368. E.
Procuratori non eſt petitio ſalarii, ſi ei non ſit conſtitutum. T. 4. c. 939. E. & c. 940. A.
Procuratori in rem ſuam non datur actio mandati, ut fidejuſſori in rem ſuam. T. 4. c. 703. E.
Siquis procuratori nomine domini, quaſi debitam pecuniam domino, ſolverit per errorem, quid. T. 4. c. 927. B. C.
Procuratori vero ſolvens debitor liberatur. T. 4. c. 1348. E.
Procuratori, ſive negotiorum geſtori comparatur actor ſervus, ſive diſpenſator, quem dominus præpoſuit calendario, quem dominus præpoſuit pecuniis credendis, & exigendis. T. 5. c. 136. C.
Procuratori ad negotia gerenda procul dubio ſolvi poteſt indiſtinctè. T. 5. c. 53. A.
Procuratori dato ad agendum, ſi vicerit, actionem judicati non dari, non poſſe ſolvi judicatum, ſed domino ſolvi. T. 5. c. 113. D.
Procuratori officium ſuum non debet eſſe damnoſum. T. 5. c. 476. C.
Procuratori ſuo ſi pecuniam mutuam dedi tui contemplatione, quomodo te obligatum habeam. T. 6. c. 12. A. actio mihi competit in te negotiorum geſſorum, in procuratorem tuum ex ſtipulatu. Ibid. C.
Procuratori actionem dominos mandat, non dat. T. 10. c. 93. D.
Procuratori Cæſaris an detur jus dicendæ mulctæ. T. 10. c. 398. E. an publicè juriſdictionem habeat. Ibid. E.
Procuratori Cæſaris, Præſidi, & advocato fiſci abſentibus nulla eſt juriſdictio. T. 10. c. 902. A.
Procuratori in rem ſuam ad agendum conſtituto, mandatis actionibus nomine domini, directam actionem dari. T. 10. c. 959. A.
Inter procuratorem privati hominis, & curatorem Reipublicæ differentia. T. 3. c. 604. B.
Per procuratorem criminales cauſæ non aguntur. T. 2. c. 1113. A.
Per procuratorem litigare honor eſt. T. 2. c. 103. D.
Procuratorem nudis verbis conſtitui. T. 1. c. 272. D.
Per procuratorem actus legitimos non peragi. T. 3. c. 435. D.
Per procuratorem accepto non liberamur. T. 3. c. 135. E.
Per procuratorem an hereditas adquiri poſſit. T. 3. c. 20. D.
Procuratorem litis tutor facere non poteſt ante litem conteſſatam, & cur. T. 4. c. 879. B.
Per procuratorem adquiritur poſſeſſio, etiam nobis ignorantibus. T. 4. c. 1458. E.
Per procuratorem obligatio, & actio non adquiritur. T. 4. c. 1459. B.
Per procuratorem ignorans incipit poſſidere. Ibid. A.
Per procuratorem non ſemper adquiruntur actiones. T. 4. c. 917. C.

Digitized by Google

Procuratorem ad litem ſolus dominus litis facere poteſt. Tom. 4. c. 5. D.
Inter procuratorem, & advocatum differentia quæ. Tom. 4. c. 940. A.
Non omnis, qui procuratorem habet, etiam ab eo defendi poteſt. T. 4. c. 352. B.
Per procuratorem non fit acceptilatio, niſi remedio novationis. T. 4. c. 746. C.
An per procuratorem abſens hereditatem adire poſſit. T. 4. c. 593. D.
Per procuratorem adquiri poſſe poſſeſſionem utilitatis cauſâ receptum eſt, expediendorum negotiorum cauſâ. T. 5. c. 702. D.
Per procuratorem non tantùm poſſeſſionem, ſed & dominium adquiri etiam ignoranti. Ibid. D.
Procuratorem ad adminiſtrandum minorem 25. annis fieri poſſe. T. 5. c. 156. B.
Per procuratorem an quis poſſit agere populari actione, vel populari interdicto. Tom. 6. c. 301. D.
Per procuratorem quæ fieri non poſſunt. T. 7. c. 69. D.
Per procuratorem nobis poſſeſſio adquiritur. T. 8. c. 251. D.
Per procuratorem obligatio nobis non adquiritur. Ibid. E.
Per procuratorem dominium nobis non adquiritur. Ibid. E.
Per procuratorem regulariter nemo agit cauſam criminalem. Tom. 9. c. 1375. B.
Per procuratorem ſemper cauſam ſtatus agere potuit is, qui ſe dominum dicit. Tom. 9. c. 985. A.
Per procuratorem peti poſſe alieno nomine bonorum poſſeſſionem, ſi ſpecialiter id mandatum ſit, ut peteret bonorum poſſeſſionem. T. 9. c. 358. A.
Per procuratorem non poteſt adiri hereditas. Ibid. B.
Per procuratorem defendi poſſe reos capitalium criminum. Tom. 9. c. 1417. D. E. & c. 1418. A.
Per procuratorem actio ex empto nobis non adquiritur, per nuntium, aut epiſtolam adquiritur. T. 10. c. 659. C.
Per procuratorem obligatio, vel dominium an adquiratur. T. 10. c. 642. B.
Per procuratorem aliàs adquiritur dominium, aliàs poſſeſſio, aliàs utrumque. T. 10. c. 659. C.
In procuratorem quo caſu poſſit agi in tantum, quantum intereſt. T. 10. c. 749. E.
In procuratore, & defenſore idem juris eſt. T. 1. c. 362. A.
In procuratore privati hominis, & in procuratore reipublicæ differentia quæ. T. 4. c. 870. C. ratio differentiæ eſt evidens. Ibid. C.
In utroque procuratore, vel ex mandatu, vel ſine mandatu aſperitas exigitur, & vigilantia ſumma. T. 6. c. 18. D. non tantùm dolum præſtat, & culpam latam, ſed etiam levem, & leviſſimam, cui adverſa eſt diligentia exactiſſima. Ibid. D. E.
De procuratore, qui generale mandatum habet. T. 6. c. 375. D. ſicut hoc mandato continetur, ut nomine domini ſolvat creditoribus domini; ita eodem mandato continetur, ut debitores domini exigat. Ibid. D.
De procuratore, qui cum mandatum non haberet, pecuniam debitam exegit. Tom. 6. c. 385. E.
Procuratore meo colludente, ſi quis ab eo emerit, an emptioni ſtare cogar. T. 7. c. 779. B.
A procuratore ſumptus, in litem factos probabili ratione, repeti actione mandati contrariâ, etiamſi procurator non vicerit, dummodo culpâ, & dolo careat. T. 9. c. 357. C.
De procuratore, cui ceſſa eſt actio in rem alienam. T. 9. c. 1336. C.
De procuratore, qui habet liberam adminiſtrationem omnium bonorum. T. 9. c. 312. D.
De procuratore creditoris, qui accepit debitum, aut indebitum a debitore. Tom. 9. c. 225. E. & c. 226. A. B.
In procuratore quænam ætas requiratur. T. 10. c. 613. E.
De procuratore Cæſaris plura. T. 10. c. 793. E.
Procuratore vero exſiſtente, non poteſt dominus non obſervare ordinem, quem obſervavit procurator. T. 10. c. 1190. A. B.
Procuratores Cæſar mittebat non tantùm in provincias, quas ſenatui, & populo reliquerat, ſed etiam in ſuas. T. 3. c. 548. D.
Procuratores Cæſaris initio nullam habuerunt juriſdictionem. Ibid. D.
Procuratores qui. T. 2. c. 105. A.
Procuratores, qui ex mandato conſtituuntur, neceſſarii ſunt, non voluntarii. T. 2. c. 110. E. & c. 111. A.
Procuratores prædiorum fiſcalium, & auguſtæ domus. T. 2. c. 880. E.
Procuratores metallorum. T. 2. c. 790. E.
Procuratores rei privatæ ad ſolutionem canonum manu militari compelli poſſunt. T. 2. c. 680. A.
Procuratores, vel ad agendum conſtituuntur, vel ad adminiſtrandum. T. 1. c. 19. B.
Procuratores ducenarii. T. 2. c. 678. B.
Procuratores abſentium reipublicæ cauſâ munerum civilium vacationem non habent. T. 2. c. 746. B.
Procuratores ſunt juris noſtri vicarii. T. 4. c. 5. B.
Procuratores hujus temporis ſunt rapaciſſimum hominum genus. T. 4. c. 940. D.
Procuratores in litem olim infames dare non poterant, quia honor eſt per procuratorem poſſe litigare, quo infames indigni ſunt. T. 5. c. 103. E. & c. 104. A.
Procuratores ad agendum, vel defendendum mutum, & ſurdum dari non poſſe, ſed ad adminiſtrandum tantùm. T. 5. c. 115. B.
Procurarores, qui, excepto muto, & ſurdo, in actionibus dari non poſſunt, infames ſunt jure veteri, non novo. Ibid. B. C.
Procuratores fœminæ ad actiones an fieri poſſint. Tom. 5. c. 115. C.
Procuratores neceſſarii ex mandato alieno conſtituuntur. T. 6. c. 8. C.
Procuratores voluntarii ultro ad negotia aliena accedunt, & negotiorum geſtores appellantur. Ibid. C.
Duos ſimul procuratores omnium rerum, & negotiorum ſuorum geſtores in ſolidum quis fecit eos, quod debitores habebat, an alter ab altero, quod mandatori debet, exigere poſſit. Tom. 6. c. 497. C.
Procuratores quinam ſint. Tom. 8. c. 1123. A.
Procuratores cauſam deſerentes ad fiſcum an audiantur. T. 8. c. 438. C.
Procuratores rerum ſuarum habet fiſcus in diverſis provinciis. T. 9. c. 332. A.
Procuratores Cæſaris alii ſpeciales ſunt, ut metallorum, alii Provinciales. Ibid. A.
Procuratores Cæſaris non habent jus deportandi. T. 9. c. 1481. D. E.
Procuratores Cæſaris in provinciis exercere non poſſe fœnus tempore ſui officii. Tom. 9. c. 206. D. pecuniam mutuam, neque gratuitam, non poſſe dare. Ibid. D.
Procuratores rerum fiſcalium plerumque erant liberti Principum. T. 9. c. 1095. B.
Procuratores an mutari poſſint. T. 9. c. 142. A.
Procuratores Cæſaris jus dicendæ mulctæ an habeant. T. 10. c. 609. C.
Procuratores Cæſaris vocati a Græcis catholici. T. 10. c. 645. C.
Ut Procuratores, ſic mandatores quidam ſalariarii ſunt. T. 10. c. 650. E. & c. 651. A.
Procuratores Cæſaris an mulctæ dictionem habeant. T. 10. c. 870. A.
Procuratores cauſas non agunt, ſed adſiſtunt negotiis, & litem alieno nomine perſequuntur. Tom. 10. c. 883. B.

Procura-

Procuratores an poſſint defendere alium in judicio. T. 10. c. 884. B. C.
Procuratores, qui alieno nomine rem alienam agerent, non videntur olim permiſſi, niſi ex certis cauſis. Ibid. D.
Procuratores, qui ex mandato dominorum conſtituuntur, neceſſarii ſunt, oon voluntarii. T. 10. c. 888. E.
Procuratorum tria genera; gynecii, baphii, & rei privatæ. Tom. 2. c. 792. E. & c. 793. A.
Procuratorum duæ ſpecies. T. 1. c. 933. A.
De procuratoribus Græcæ conſtitutiones. T. 3. c. 364. B.
De procuratoribus, & defenſoribus. T. 1. c. 739. D.
De procuratoribus voluntariis; qui ſe litibus, aut negotiis alienis offerunt. T. 1. c. 740. B.
Procuratoribus interdicitur lites redimere. T. 9. c. 355. C.
De procuratoribus majorum, qui moram judiciis adferunt. Tom. 9. c. 142. C.
Pro derelicto an ſit legitimus titulus. T. 3. c. 610. A.
Noo prodeſſe, & nocere diverſa ſunt. T. 3. c. 137. C.
Prodeſſe propriè quidnam ſit; T. 10. c. 468. E.
Prodiga ſunt annonæ, quibus opponuntur corpora. T. 2. c. 652. B.
Prodigi pupillo comparantur. T. 3. c. 286. D.
Prodigi loco abſentium habentur. T. 1. c. 97. D.
De prodigi, vel furioſi curatore. T. 9. c. 608. D. E.
Si prodigioſum aliquid mulier enixa ſit, nihil proficit. T. 1. c. 458. A.
Prodigo cuilibet interdicitur bonis. T. 1. c. 1165. E.
Prodigo genero dos non datur. T. 8. c. 581. A.
Prodigus adquirendi jus habet, deminuendi jus non habet. T. 1. c. 1166. A.
Prodigus, cui bonorum ſuorum adminiſtratio interdicta eſt, teſtamentum facere non poteſt. T. 1. c. 104. C. & T. 8. c. 967. B.
Prodigus deſipere videtur, quòd neque tempus, neque finem expenſarum noverit ullum. Tom. 1. c. 1166. B.
Prodigus naturaliter non obligatur, quia mente carere videtur. T. 1. c. 1165. A.
Prodigus obligatur ex delicto. Ibid. C.
Prodigus teſtamentum facere, vel alienare non poteſt. T. 1. c. 1165. E. & c. 1166. C. D.
Prodigus receptâ vitæ ſanitate ad bonos mores reverſus, & teſtamentum facere, & ad teſtamenti ſolennia adhiberi poteſt. T. 1. c. 417. D.
Prodigus ſtipulando ſibi alium obligat. T. 1. c. 1166. A.
Prodigus, & deliberans an vendere poſſint. T. 7. c. 702. A. & ſeq.
Prodigus non poteſt deferre jusjurandum, nec paciſci ſine curatore. T. 9. c. 192. E. non poteſt judicium accipere. Ibid. c. 193. A.
Prodigus, pupillus, caſtrenſis peculii dominus rem ſuam augere, non minuere poſſunt. T. 10. c. 529. C.
Prodigus, pupillus, furioſus ſi obligati fuerint, an fidejuſſor teneatur. Ibid. D.
Proditoris patriæ conſilium quoque, & voluntatem ſolam, licet rem non peregerit, puniri conſtat. T. 3. c. 447. A.
Producere, & augere vim, & ſignificationem verborum legis eſt. T. 4. c. 913. E.
Productio teſtium facta ante litis conteſtationem poteſt aliquando repeti poſt litem conteſtatam. T. 6. c. 865. A. B.
Productiones teſtium. Vide, Teſtium productiones.
Productores qui dicantur; & quid a lenonibus diſcrepent. T. 2. c. 1054. B. C.
Pro emptore quid. T. 1. c. 1139. E.
Pro emptore poſſidere aliud eſt, aliud uſucapere pro emptore. T. 5. c. 739. E. & c. 740. A.
Profectitia bona quæ. T. 2. c. 437. B.
Profectitia bona inter liberos conferuntur. T. 3. c. 79. B.
Profectitia dos, Vide, Dos.
Inter profectitia non numerantur, quæ contemplatione alterius fiunt, ſed ioter adventitia. Tom. 10. c. 767. B.
Proferre, & differre quid inter ſe differunt. T. 3. c. 177. A.
Verbi *proferre* an ſit alia vis, quàm verbi *prorogare*. T. 10. c. 89. E.
Profeſſio ſolutionis apocha. T. 4. c. 836. E.
Profeſſio facta in jure. T. 9. c. 36. A.
Profeſſio cenſualis filium non facit. T. 9. c. 270. D.
Profeſſiones cenſuales. Vide, Cenſuales profeſſiones.
Profeſſionum tabulæ, quæ a Græcis vocantur *ἀπογραφαὶ τῶν πατέρων*. T. 2. c. 128. D.
Profeſſores ſtudiorum liberalium munerum civilium immunitatem habent. T. 2. c. 755. A. & ſeq.
Profeſſores artium liberalium ab onere metatorum excuſantur. T. 2. c. 975. A. B.
Profeſſores in aliena patria docentes immunitatem in patria ſua non habere, niſi doctrinâ longè cæteris excellant. T. 6. c. 509. B.
Profeſſorum artium liberalium numerus. T. 2. c. 810. B.
Profeſſorum liberalium artium munus, ac dignitas. T. 2. c. 755. A. & ſeq.
Profiteor te non teneri. Tom. 3. c. 512. B.
Profiteri plus eſt, quàm confiteri Cicerone auctore. T. 4. c. 836. D.
Profugi omnes in alieno latebras collocantes cum emolumentis tributariis, ſalvâ tamen moderatione, revocantur. T. 2. c. 837. B.
In profundum, ejuſque ſignificatum. T. 8. c. 572. C.
Profundum, ideſt, crumena. T. 3. c. 281. A.
Progener. T. 8. c. 210. A.
Programma quid. T. 9. c. 1099. C. non habet vim rei judicatæ. Ibid. B. non habet auctoritatem rei judicatæ. Ibid. C.
Progreſſus ætatis ab eximia ætate exſpectari non debet. T. 4. c. 861. B.
Pro herede gerere quid propriè ſit. T. 1. c. 125. C. & T. 3. c. 269. B.
Pro herede geſtio magis eſt animi, quàm facti. T. 4. c. 28. D.
Pro herede ſe gerere, aut adire, aut cernere hereditatem nunquam dicuntur neceſſarii, ſicut immiſcere ſe nunquam dicuntur extranei. T. 4. c. 191. A.
Pro herede geſtio eſt ſpecies adquirendæ hereditatis. T. 4. c. 907. D.
Pro herede ſe gerere eſt adquirere hereditatem; immiſcere eſt quaſi res jam ſuas attrectare, & attingere. T. 4. c. 191. A.
Pro herede poſſidere. Vide, Heres. Vide, Poſſidere.
Prohibentis cauſa melior, & potentior eſt in re pari. T. 4. c. 152. E.
Prohibere nemo poteſt proſpectum in montes. T. 8. c. 786. B.
Prohibere, & nuntiare an differant. T. 8. c. 551. B.
Prohibitâ alienatione videtur prohibita heredis inſtitutio. T. 4. c. 547. A.
Prohibitæ nuptiæ. Vide, Nuptiæ.
Prohibitio fit initio traditionis, denuntiatio ante traditionem. T. 4. c. 134. C.
Prohibitio nuptiarum latiùs patet jure civili, quàm pontificio. T. 4. c. 976. C. D.
Prohibitio nuptiarum eſt extendenda potius, ac coanguſtanda. T. 4. c. 813. C.
Prohibitio ſimplex neque legati, neque fideicommiſſi vim habet. T. 6. c. 743. C.
Prohibitio teſtatoris, quæ nullam habet cauſam, nudum eſt præceptum; & conſilium fuit potiùs, quàm præceptum. Ibid. C.
Prohibitio nuda quæ ſit. Tom. 9. c. 1233. E.
Prohibitio debitoris *ne a ſe prædia alienentur*, ideſt, extra ſuos, ſuique nominis ſucceſſores non lædit jus creditorum, quibus prædia obligata ſunt. T. 9. c. 1233. D.
Inter prohibitiooem, & denuntiationem differentia quæ. T. 4. c. 134. C.
Contra prohibitionem alienatio fa-

ǿta an valeat. T. 9. c. 231. D. E.
Projecta quæ ſint in ſervitute, T. 7. c. 405. D.
Projectio cedit ædibus, in quas projectum eſt. T. 3. c. 487. A.
Projectio in ſolum tuum. Tom. 8. c. 536. B.
Projectio eſt portio ſuperficiei, T. 10. c. 334. E.
De projectionis poſſeſſione interdictum dari ad exemplum Uti poſſidetis. T. 3. c. 486. B.
Projectionis verbum latiſſimè patet. T. 8. c. 536. D.
Projectionis jus habente vicino ſupra vicini ſolum, ſi tamen non jure projectio haberi dicatur, an alteri adverſus alterum ſit utile interdictum, T. 10. c. 334. D. E.
Projectionis poſſeſſio an ſoli poſſeſſionem contingat, T. 10. c. 335. A.
Projectionum nomen mœnia complectitur, & ſtillicidia, & porticus, & quæcumque extra ædes projiciuntur, T. 1. c. 833. E.
Prolatum, ideſt, dilatum. Tom. 2. c. 680. C.
De prole poſtuma locus Virgilii explicatur, T. 10. c. 141. D.
Prolem legitimam qui non habet, an poſſit naturales ex hujuſmodi conſuetudine, precibus Principi datis, legitimos conſtituere ſibi ſine matrimonio. T. 8. c. 905. C.
Promener, & *mener* voces Gallicæ unde deductæ. T. 1. c. 378. B. C.
Promercalia, ideſt, *πράτιμα*. T. 5. c. 566. A.
Promercalia, & uſualia an ſint munifica. T. 5. c. 688. D.
Promercalia portorium pendunt. T. 8. c. 625. C.
Promercii vox in libris noſtris frequens eſt, T. 1. c. 506. A.
Promercii jus. T. 9. c. 1310. B.
Promercium, & promercalis res, T. 1. c. 328. D.
Prominare quid ſit propriè, & unde, T. 1. c. 378. B.
Promiſcua conditio quæ eſt, T. 6. c. 489. E.
Promiſcuæ, & non promiſcuæ conditiones. T. 3. c. 390. D.
Promiſſa in ſuo tempore ſunt exſpectanda, ne dum feſtinantius exigere volumus, amiſſione cauſæ mulctemur. T. 4. c. 739. C.
Promiſſio, judicio ſiſtendi cauſâ facta, deſerta quando dicitur, Tom. 5. c. 94. B.
Promiſſio, cujus neceſſaria, & juſta cauſa eſt, valet. Tom. 6. c. 991. B.
Promiſſio facta contra leges, aut bonos mores, & ſine juſta cauſa non valet. Ibid. B.
Promiſſio dotis eſt contractus. T. 9. c. 525. E.
Promiſſio dotis. Vide, Dotis promiſſio.
Promiſſio facta alumnis certi emolumenti contemplatione, mutatâ voluntate, non tenetur, T. 10. c. 1102. B.
Ex promiſſione, ſicut & ex ſtipulatione, quando obligatio nulla naſcitur. T. 5. c. 144. B.
Promiſſor, mortuo eo, pro quo promiſerit, aut caverit, ſi liberatur, T. 1. c. 373. E.
Promiſſor non omnem culpam præſtat. T. 1. c. 1224. D.
Promiſſor ex reſponſo ſtipulatori obligatur, non ex reſcripto. T. 4. c. 829. B.
Promiſſor non cogitur factum probare, quod prohibere non potuerit. T. 8. c. 779. A.
Promiſſor liberatur, ſi res promiſſa ante moram ſine dolo ejus perierit. T. 8. c. 76. E.
Promiſſor tunc condicit, cum fidejuſſor ejus ſolvit, T. 10. c. 423. E.
Promiſſoris nomine, & pro promiſſore idem eſt, ut pro me, & meo nomine. T. 1. c. 206. E.
Promiſſoris in ſtipulatione eſt electio. T. 5. c. 508. D. E.
Promiſſoris electio ita eſt in disjunctivis, aut generaliter conceptis ſtipulationibus, ut quod velit, alterutrum ſolidum præſtare debeat, T. 10. c. 559. D.
Promiſſori electio delata eſt aut tacitè, aut nominatim, Tom. 4. c. 195. E.
Promiſſum quomodo accipiatur, & quid ſignificet. T. 10. c. 877. B.
Promittendi verbo aliàs ſtipulatio ſignificatur, aliàs pactum. T. 1. c. 488. B.
Promittendi rei an vice mutuâ ſi dejubere poſſint apud creditorem. T. 4. c. 1311. B. C.
De promittendi, & ſtipulandi duobus reis. T. 9. c. 1274. B. & ſeq.
Promittendi verbum commune eſt ſtipulationum, pollicitationum, & pactionum. T. 9. c. 90. D.
Promittendi verbum latè patet. Tom. 10. c. 554. B. C. & c. 712. D.
Promittendo dotem omnes obligari poſſunt, dicendo dotem non poſſunt. T. 5. c. 398. E.
Promittere aliud eſt, aliud conſtituere. T. 4. c. 141. B.
Promittere doti, T. 5. c. 70. D.
Promittere pro dicere accipitur Ibid. E.
Promittere integrâ oratione eſt promittere manu fidei teſte. T. 9. c. 1262. D. E.
Promittere minus eſt, quàm ſpondere. T. 9. c. 429. D.
Promittere, & repromittere an idem ſint. T. 10. c. 114. D.
Promittere ex Seneca minus eſt, quàm ſpondere. Ibid. E. qua ratione plus ſit, qua ratione minus, & qua ratione idem omnino. Ibid. E.
Promittere de ſe quiſque debet, non de alio. T. 10. c. 763. B.
Promittere quis dicatur. Tom. 10. c. 1102. A.
Qui promittit habere licere, non ſimplex abnutivum promittit, ideſt, non fieri, ſed ſe acturum, & curaturum, ut per omnes habere liceat, atque ita factum ſuum promittit, periculo cautionis generaliter concepta ſit ſtipulatio. T. 10. c. 553. A.
Promittit non tantùm, qui ſtipulanti promittit, ſed & qui paciſcitur. T. 10. c. 1102. A.
Si promitto, eſt ſtipulatio, ex qua jure civili naſcitur actio ex ſtipulatu. T. 9. c. 260. A.
Pro mortuo habetur is, cujus bona poſſidentur a creditoribus, proſcribuntur, & veneunt. Tom. 5. c. 117. B. C.
Promptuarium, *ταμεῖον*. Tom. 3. c. 281. B.
Promulgare, & componere quid differant. T. 1. c. 3. C.
Promutui uſuræ non debentur. T. 3. c. 214. E. & T. 9. c. 218. C.
Ex promutuo non obligatur pupillus, T. 3. c. 214. E.
Ex promutuo interdum non datur condictio. T. 9. c. 218. C.
Promutuum quid ſit. T. 3. c. 214. D. & T. 7. c. 1051. B. C. & T. 10. c. 953. D.
Promutuum non eſt, ſi alia quævis ſolvantur, quibus in creditum non itur. T. 3. c. 215. A.
Promutuum eſt indebiti ſolutio. T. 6. c. 266. E. & T. 9. c. 218. B.
Promutuum aliud eſt, aliud mutuum. T. 7. c. 1051. B.
Promutuum, & anteceſſum. T. 9. c. 1076. B.
Promutuum eſt quaſi contractus. T. 9. c. 218. C. & T. 10. c. 953. D.
Promutuum dare quid ſignificat. T. 10. c. 1098. E.
Pronomen primæ perſonæ nullum eſſe vocativum. T. 6. c. 91. E.
Pronubæ univiræ olim perpetuitatem matrimonii auſpicabantur. T. 9. c. 478. E. & c. 479. A.
Pro nummis invito creditore non poteſt ſolvi frumentum, non item pro frumento vinum. T. 5. c. 196. D.
Pronuntiare dicuntur judices. T. 8. c. 526. E.
Pronuntiare, & dicere idem eſt. T. 8. c. 515. E.
Pronuntiare, & *ſtatuere* verba, quibus juriſconſulti promiſcuè utuntur. T. 9. c. 66. A.
Pronuntiare aliud eſt, aliud ſtatuere. Ibid. A.
Pronuntiatio magiſtri. Tom. 5. c. 784. C.
Pronuntiationis duo genera. T. 9. c. 117. A.
Pronuntiatorum ſubdisjunctivorum vis. T. 8. c. 579. C. & ſeq.
Pronuntiatum, & ſtatutum idem poſſunt. Tom. 8. c. 526. E. & c. 527. A.
Pronurus. T. 8. c. 210. A.

Pro

Digitized by Google

Pro operis, & *ex operis*, notanda differentia inter hæc duo. T. 4. c. 456. B.
Propellendæ calumniæ omnis ratio honeſta eſt. T. 5. c. 138. B.
Propinqui teſtes ſunt idonei in cauſa matrimonii. T. 6. c. 858. C.
Propinqui non habent jus *προτιμήσεως*, niſi ex pacto. T. 10. c. 739. A.
Propinquis ſenioribus moderata caſtigatio in juniores permittitur. T. 9. c. 1434. A.
Propinquitas pro affinitate accipitur. T. 6. c. 1118. A.
De propinquorum emendatione. T. 9 c. 1434. A.
Propinquus præfertur extraneo in auctionibus, & in aliis quibuſdam contractibus. T. 10. c. 998. D.
Proportio arithmetica, & proportio geometrica quo differunt. T. 1. c. 1054. B.
Proportio Geometrica ſervatur in diſtributionibus, arithmetica ſervatur in commutationibus. T. 4. c. 289. C.
Proportio arithmetica quæ eſt, & quæ geometrica. Ibid. D.
Propoſitio univerſalis in jure nulla eſt, quæ non vitietur, & quandoque perdat officium ſuum. T. 9. c. 1396. A.
Propoſitum quid ſit, & ſignificet. T. 7. c. 62. C.
Propoſitum interpretes accipiunt pro animi deſtinatione. Ibid. C. D.
Propoſitum in *L. cum in plures*, *§. locator*, præſcriptionem ſignificat, non *διάθεσιν*, & animi deſtinationem. T. 10. c. 449. A.
Pro poſſeſſione dolus eſt. Tom. 5. c. 97. D.
Pro poſſeſſore qui poſſidet. Tom. 9. c. 1146. C.
Proprætor quis fuerit. Tom. 7. c. 68. D. & c. 94. E.
Proprætores olim bella adminiſtrabant, quorum tabernaculum Prætorium quoque appellabatur. T. 4. c. 832. A.
Proprætoris nomen indignum non eſt conſulari viro. T. 4. c. 831. C. D.
Proprætoris nuſquam fit mentio in libris noſtris. T. 7. c. 68. D.
Propria cauſa vindicationis eſt dominium. T. 4. c. 701. E.
Propria alia ſunt jure diviſionis, alia propria jure emptionis. Tom. 4. c. 1163. A.
Proprié id tantùm debetur, quod peti poteſt. T. 4. c. 500. B.
Proprietarium, ſive dominum Prætor non facit. T. 10. c. 297. D.
Proprietarius quis dicatur. Tom. 3. c. 269. D.
Proprietarius an teneatur ſervare locationem ab uſufructuario. T. 5. c. 565. A.
Proprietarius an a fructuario cautionem de refectione damni infecti ædium dominarum petere poſſit. T. 5. c. 647. B.
Proprietarius fructuario cavet de vitio ſoli. Ibid. D.
Proprietarius ſi conveniatur de peculio ſervi, non deducet, quod fructuario debetur; neque ex contrario fructuarius conventus de peculio deducet, quod proprietario debetur, ſed quod ſibi tantùm debetur. T. 6. c. 63. D.
Proprietarius nudæ proprietatis dominus adquirere poteſt uſumfructum, qui alterius eſt. Tom. 6. c. 354. A.
Proprietarius an teneatur onera uſufructuario indicta præſtare, eo mortuo, & ita uſufructu cum proprietate confuſo, T. 7. c. 1321. D. E. & c. 1322. A. & c. 1360. B. C.
Si proprietarius ego ſum, re mutatâ, non deſino eſſe proprietarius. T. 7. c. 1006. D.
Proprietarius, qui ſervitutem adquirere poteſt, an etiam conſentiente uſufructuario imponere poſſit. T. 7. c. 383. E.
Proprietas, id eſt, dominium, eſt jus corporale. T. 1. c. 1329. C.
Proprietas duplex eſt, nuda, & plena, quæ & ſolida. T. 1. c. 1205. C.
Proprietas momento conſtituitur. T. 1. c. 1337. A.
Proprietas communium rerum omnibus patet. T. 1. c. 59. B.
Proprietas nihil habet commune cum poſſeſſione. T. 3. c. 190. C. & T. 5. c. 507. D. & T. 8. c. 256. A. & c. 257. B. & c. 272. A.
Proprietas omiſſa adcreſcit alteri; amiſſa non adcreſcit. Tom. 1. c. 1337. A.
Proprietas ſine fructu quid eſt. T. 4. c. 423. B.
Proprietas nuda. Vide, Nuda proprietas.
Proprietas verborum non ſemper in jure noſtro obſervatur. T. 5. c. 869. B.
Proprietas eſt pars fundi. T. 6. c. 371. B.
Proprietas, & uſusfructus in quo differunt. T. 6. c. 442. E. & T. 7. c. 1006. D.
Proprietas ſemper prævalet, & retrahit ad ſe poſſeſſionem. T. 6. c. 840. C.
Proprietas nuda rei vindicationem parit. T. 7. c. 225. A.
Proprietas plena interdum legata intelligitur ſub nomine uſus, & uſusfructus. T. 7. c. 1369. D. & c. 1370. C.
Proprietas, & poſſeſſio quid differunt. T. 8. c. 256. A.
Proprietas plena inſulæ nomine ſignificatur. T. 7. c. 1370. A.
Proprietas an ex una tantùm cauſa contingere poſſit. T. 8. c. 256. A.
Proprietas, & dominium an idem ſint. T. 8. c. 272. B.
Proprietas ſi purè legata ſit, ea ad legatarium perveniet, quamvis fructuarius ſit heres inſtitutus. T. 7. c. 1340. D. E. & c. 1341. A.
Proprietas adquiſita non admittit jus adcreſcendi. T. 9. c. 472. C.
Proprietas, & dominium an differant. T. 10. c. 297. B. Vide, Dominium.
Proprietas plena quænam ſit. T. 10. c. 1127. D.
Proprietatis, & momenti cauſa quo ordine ſit agenda. T. 3. c. 50. A.
Proprietatis, & uſusfructus multæ differentiæ. T. 1. c. 1368. C.
Proprietatis pars, ſicut alluvio, adcreſcit parti, non perſonæ. T. 1. c. 1336. E.
Proprietatis vindicatio. Tom. 7. c. 224. D. E.
Proprietatis, & poſſeſſionis motâ quæſtione, de qua priùs cognoſcatur. T. 7. c. 150. A.
Proprietatis nudæ dominus an ſervitutem adquirere, vel imponere prædio poſſit. T. 7. c. 381. D.
Proprietatis plenæ duæ ſunt partes, uſusfructus, & proprietas. T. 7. c. 1345. D.
In proprietatis cauſa demonſtrati fines obſervantur. T. 7. c. 482. B.
Proprietatis unum tantum titulum eſſe, unam cauſam, unam auctoritatem. T. 8. c. 256. B.
Proprietatis cauſa plerumque poſſeſſio eſt. Ibid. D.
Proprietatis dominium, quod quis non habet, interdum etiam vendendo, & tradendo prabet alii, transfertque in alium. T. 8. c. 285. C.
Proprietatis vindicatio. T. 9. c. 129. B.
Proprietatem fundi qui dicit, vel fundum, vel proprietatem ſimpliciter, plenum dominium dicit. T. 1. c. 1337. C.
Proprietatem, ſeu dominium ager ſignificat. T. 8. c. 572. D.
Proprietatem a poſſeſſione diſcernit avaritia hominum ſtulta. T. 9. c. 1006. C.
Proprietatem inter, & uſumfructum duplex differentia reſpectu juris adcreſcendi. T. 1. c. 1336. D. E. & T. 10. c. 1134. C. & ſeq.
De proprietate, vel quaſi proprietate interdicta quædam. T. 4. c. 165. B.
De proprietate legata uni, alteri uſufructu ſub conditione. T. 5. c. 864. C. D.
De proprietate controverſia etiam diſceptatur a menſoribus. T. 7. c. 481. A.
A proprietate ſeparatam eſſe poſſeſſionem. T. 8. c. 272. B.
De proprietate olim agebatur apud pedaneum judicem, de poſſeſſione apud Prætorem. T. 9. c. 1544. A.
A propriis communia ſeparantur. T. 4. c. 1163. A.
Proprio ſervo inutiliter legatur ſine libertate. T. 4. c. 382. C.
Proprium ut a mutuo ſeparatur. T. 3. c. 325. B.
Proprium homini nihil eſſe. Ibid. B.
Proprium, & in bonis eſſe dicitur, quod peti poteſt. T. 5. c. 112. A.
Pro-

Digitized by Google

Proprium opponitur mutuo; T. 5. c. 592. B.
Proprium teſtatoris quod non eſt, id neceſſe eſt alienum dici. T. 6. c. 585. D.
Proprium aliquid habent legati Proconſulis mandatâ juriſdictione. T. 10. c. 94. D.
Proprium alicui ſoli non eſt, quod & alteri commune eſt, T. 10. c. 1092. C.
Proprius proprio non ſervit. T. 4. c. 146. A.
Propter articulo ſignificatur occaſio. T. 4. c. 659. A.
Propulſare vim quid ſit. Tom. 9. c. 1150. B.
Propulſatio, ſive defenſio omni jure permiſſa eſt. Ibid. C.
An pro rata ejus, quod cui reſtituitur, in eum tranſeant actiones, & obligationes activæ, & paſſivæ. T. 4. c. 560. C. D.
Prorogare ad tempus refertur. T. 10. c. 397. E.
Prorogare juriſdictionem an ſit, cum ex conſenſu partium aditur judex incompetens. T. 10. c. 398. B.
Prorogatio quid ſit. Tom. 7. c. 129. C.
Prorogatio omnis promutuum eſt. T. 7. c. 627. E.
Quod prorogatum eſt defuncto, an heredes ejus reſtituere cogantur. T. 4. c. 973. E.
Prorſum itur faciliùs, quàm retrorſum. T. 10. c. 960. D.
Proſcribere verbum expendendum eſt. T. 5. c. 509. B.
Proſcribere olim quid erat. T. 10. c. 750. E.
Proſcripti qui dicuntur, & qui damnati. T. 9. c. 1482. A.
Proſcriptio quibus ſolennitatibus fit. T. 2. c. 652. D.
Proſcriptio bonorum. T. 8. c. 532. D.
Proſcriptio, & diſtractio bonorum debitoris, ſive judicati, quæ fit ſub haſta, quam poſſeſſionem ſequitur. T. 9. c. 1127. A. irrogat infamiam ei, cujus nomine fit. Ibid. A. hæc uſurpato nomine ex 12. Tabulis appellatur ſectio. Ibid. B.
Proſcriptio bonorum quomodo fit. T. 9. c. 549. D.
Proſcriptio bonorum debitoris morti comparatur. T. 9. c. 1127. B.
Proſcriptio bonorum debitoris. Vide, Bonorum debitoris proſcriptio.
Proſcriptorum bona peti non poſſe, ultro dari poſſe. T. 2. c. 666. C.
De proſcriptorum, ſeu damnatorum bonis. T. 9. c. 1482. A. & ſeq.
Proſequutores auri publici. T. 2. c. 778. C. D.
Proſequutores frumentorum. Ibid. D.
Proſequutores equorum. Ibid. D.
Proſequutores publicarum functionum. Ibid. D.
Proſequutores reorum. Ibid. D.
Pro ſocio actio. T. 6. c. 88. B.
Proſocrus. T. 8. c. 209. E.
De proſpectu maris generalis forma. T. 2. c. 1167. C.
Proſpectui an officiant viridaria. T. 7. c. 415. D.
Proſpectui ne officiatur; & luminibus ne officiatur, quæ differentia ſit inter ea. T. 7. c. 415. D.
Proſpectui ne officiatur ad quid pertineat. Ibid. D.
Proſpectui vicini officere an quis ſuo jure poſſit. T. 7. c. 408. A.
Proſpectum ſiquis velit vicino eripere, quod ſpatium intermittendum ſit. Ibid. B.
Proſpectus maris liber eſſe debet. T. 2. c. 1107. C. D.
Proſpectus montium quibus caſibus vicino poteſt auferri. T. 4. c. 97. A. B.
Proſpectus eſt, ut terra, aut mare videatur. Ibid. C.
Proſpectus in montes prohibitio. T. 7. c. 408. B.
Proſpectus liber, & gratus quid ſit. Ibid. A.
Proſpectus ſervitus quæ ſit. Ibid. C.
Proſpectus, & lumen in quo differunt. T. 9. c. 1185. E.
Proſtibula, & lenocinia lege ſublata. T. 2. c. 826. E.
Proſtibulæ teſtes eſſe non poſſunt. T. 9. c. 277. A.
Quæ proſunt communiter omnibus, præferre ſolent iis, quæ uni proſunt, vel duobus, T. 9. c. 1093. C.
Pro ſuo quæ poſſidere poſſumus. T. 5. c. 717. C.
Protecta ſunt projecta tecta, quæ Græci παθετα. T. 1. c. 833. E.
Protecta quæ ſint. T. 7. c. 405. E.
Protectores qui. T. 2. c. 952. D. E.
Protectorum, & domeſticorum Principis differentia, ac dignitas. Ibid. D. E.
Protela boum quid. T. 9. c. 128. A.
Protelare eſt protrahere. T. 7. c. 134. B.
Protelare lites quid. T. 9. c. 128. A.
Protelare pro extendere, proferre. T. 10. c. 398. C.
Proteſtatio præſumptionem excludit. T. 6. c. 952. C.
Protimiſeos jus. T. 9. c. 364. D. & c. 427. A. qui habent, & qui non habent. Ibid. c. 364. D. E.
Protbyrum, & diathyrum. T. 3. c. 390. C.
Prothyrum domus, ſi velamen ſit, an contineatur inſtrumento domus. T. 4. c. 1134. B.
Prothyrum ædium eſt, quod vulgo *un contrebuis*. T. 8. c. 654. A.
Prothyrum appellant veſtibulum. Ibid. A.
Protocolla ut inſtrumenta relinquantur. T. 2. c. 1092. D.
Protocollum quid. Tom. 2. 1093. D.
Protonotarii dignitas. T. 2. c. 900. E.
Protoſtaſia quid. T. 2. c. 740. E.
Protutelæ actio eſt prætoria. T. 9. c. 586. C.
Proverbium, quod de Maniis Ariciæ, multi Catones Romæ, explicatur. T. 1. c. 911. A.
Proverbium ſiculum. T. 7. c. 625. E.
Providentia in geſtore; quæ illum reſpicit, nulla eſt. T. 6. c. 15. C.
Quæ provideri non poſſunt, & fiunt vi quadam majore, ſunt caſus majores, quos nullus præſtat. T. 9. c. 298. D. E.
Provincia vocatur θέμα. T. 1. c. 536. D.
Provincia quid eſt. T. 7. c. 99. E.
Provincia dicta Thema a Græcis. T. 10. c. 609. A.
Provinciæ vectigales. T. 3. c. 169. C.
Provinciæ præſidales, & proconſulares non differunt. T. 2. c. 643. D.
Provinciæ rector. T. 2. c. 671. C.
Provinciæ procul Italia poſitæ. T. 3. c. 355. E.
Provinciæ Daciæ quinque. T. 2. c. 674. A.
Provinciæ omnes urbem regiam; ejuſque obſervantiam ſequi debent. T. 1. c. 275. D.
Provinciæ, quas habebat Senatus. T. 4. c. 831. E.
Provinciæ Cæſaris, & provinciæ Senatus differunt. Ibid. D.
Provinciæ interdicere. Tom. 9. c. 1069. E.
Provinciæ quibus interdicuntur a judice, iis & Romam, & totam Italiam interdici ſtatuit Claudius. T. 10. c. 660. E.
Provinciæ mos ſequendus eſt in quantitate uſurarum. T. 10. c. 1265. E.
Provinciales qui dicuntur. T. 4. c. 857. E.
Provinciales an potuerint ſervitutem imponere prædiis ſuis. T. 7. c. 383. B.
Provinciales magiſtratus. Vide, Magiſtratus.
Provinciales procuratores Cæſaris ſunt καθολικοί. T. 9. c. 332. A.
Provinciales agri uſucapi non poterant. T. 9. c. 1020. C.
Provinciales magiſtratus dicuntur poteſtates. T. 10. c. 386. E.
Provinciales ex quo jure erant domini. T. 10. c. 623. B.
Provinciales magiſtratus ne ex reſcripto quidem Principis per ſe, vel per aliam perſonam quidquam poſſunt adquirere, præter ea, quæ ſunt victus ſui quotidiani. T. 10. c. 869. C.
Provinciales an poſſint nuntiare novum opus. T. 10. c. 1181. D. E.
Provincialia prædia. T. 9. c. 1019. A. Vide, Prædia.
Provincialis mulier quæ. T. 8. c. 617. E.
Provinciarum tria genera. T. 2. c. 643. D.
Provinciarum aliæ erant proconſulares,

lares, aliæ præſidales. T. 3. c. 690. D.
Provinciarum diviſio ſub Auguſto Tiberiu facta qualis. T. 4. c. 834. A.
Provinciarum aliæ ſunt Cæſaris, aliæ Senatus, teſte Theophilo. Tom. 4. c. 831. D.
Provinciarum Præſides ordinarii judices dicuntur judices judicum in Novellis. T. 9. c. 1063. C.
Provincias per vexillum, regna per gladium tradi. T. 2. c. 1233. D.
In provincias ſuas mittit legatos Cæſar. T. 4. c. 831. D.
Provincias validiores, & ferociores, vel agreſtiores Cæſar in ſuæ poteſtate retinuit, pacatiores verò reliquit Senatui. Ibid. E.
Provincias ſex diœceſis Ægypti habet. T. 9. c. 400. C.
In provincias mittuntur exteri, & incogniti provincialibus. T. 10. c. 869. D.
In provinciis quis judicem poſſit dare. T. 10. c. 861. D.
Ex provinciis nemo generaliter de ſuo foro exhiberi poteſt ad comitatum. T. 10. c. 926. A.
Proviſionem hominis non tollere, aut elidere proviſionem legis, an aliquo modo poſſit eſſe verum. T. 3. c. 704. B. C.
Proviſionem hominis tollere proviſionem legis. T. 9. c. 580. E.
Provocandi verbum commune eſt actoris, & rei, & uterque, dum de jure ſuo experitur, provocat, & proclamat ad judicium: qui excipit, provocat. Tom. 4. c. 904. D.
Provocandi auxilium quando quis perdit. T. 9. c. 36. A.
Provocare ad judicium eſt commune actoris, & rei. T. 8. c. 371. B.
Provocare de pœnis an liceat. T. 8. c. 587. B.
Provocare tertio ne liceat in una, eademque cauſa, vel poſt duas ſententias judicum, quas definitio præfectorum prætorio roboraverit, retractare. T. 9. c. 1126. A. B.
Provocare quando non eſt neceſſe. T. 9. c. 1119. B. & ſeq.
Provocare. Vide, Appellare.
Provocare poteſt is, quem judex mulctat. T. 10. c. 594. E.
Provocat quicumque agit, & non tantùm actor agit, ſed etiam reus. T. 4. c. 904. D.
Provocatio, & injuſtæ provocationis pœna. T. 3. c. 630. C.
Provocatio fit ex Prætoris edicto. T. 1. c. 50. B.
Provocatio pronuntiationem extinxit. T. 2. c. 1221. C.
Provocatio quid. T. 6. c. 934. E.
Provocatio legis non eſt. Tom. 7. c. 135. A. & T. 10. c. 594. E.
Provocatio mulctæ eſt. T. 7. c. 134. E. & c. 135. A.
Provocatio pœnæ non eſt. Tom. 7. c. 135. A. & T. 8. c. 587. A. & T. 10. c. 594. E.
Provocatione extinguitur damnatio. T. 5. c. 1327. D.
Cum provocatione interceſſio non eſt confundenda. T. 3. c. 630. C.
Provocato permiſſum eſt ſe defendere, vitamque tueri ſuam. T. 4. c. 836. A.
Proxeneta non contrahit, nec ejus interventu præbetur actio. T. 8. c. 778. D.
Proxenetæ quinam erant. Tom. 7. c. 896. D. & T. 10. c. 586. E.
Proxenetæ dolo non vitiatur contractus. T. 8. c. 778. D.
Proxenetica quæ ſunt. T. 1. c. 888. D. & T. 3. c. 309. C.
De proxeneticis. T. 1. c. 888. C. D. & T. 2. c. 312. B. & T. 3. c. 309. B. & T. 9. c. 428. B. & c. 437. C.
Quid hoc nomine ſignificatur. T. 2. c. 312. B. & T. 9. c. 437. C.
Proxeneticum quomodo vocatur. T. 9. c. 437. D. an peti poſſit. Ibid. E. eſt ſordidum accipere. Ibid. E.
Proxima cauſa actionis quæ. Tom. 9. c. 165. A.
Proximatus trium ſcriniorum annuus eſt, non ut olim biennalis. T. 2. c. 918. D.
Proximi ſacrorum ſcriniorum honore vicariorum ornantur. Tom. 2. c. 916. C. D.
De Proximis ſacrorum ſcriniorum, cæteriſque, qui in ſacris ſcriniis militant. T. 2. c. 915. D. & ſeq.
Proximior cognatus. T. 3. c. 282. C.
Proximitas in quo maximè ſpectetur. T. 1. c. 169. E.
Proximitatis nomine quid fiat, & quid intelligatur. T. 8. c. 1035. A. B. & ſeq.
Proximus propriè ex pluribus gradibus intelligitur. T. 1. c. 162. C.
Proximus quonam temporis ſpatio intelligatur. Ibid. D.
Proximus ut a juriſconſultis accipitur. T. 3. c. 283. B.
Quis proximus legitimus, & quis ſit ſuus, quo tempore quærendum. T. 10. c. 776. B.
Is, qui non eſt proximus mortis tempore, fit proximum. Ibid. C. qui eſt proximus mortis tempore, vel tempore delatæ hereditatis, deſinat eſſe proximus. Ibid. C.
Prudens homo nihil facit fruſtra, nec natura. T. 4. c. 262. C.
Prudentia eſt eligere actionem aptam, & negotio, quo de agitur, competentem. T. 4. c. 1260. B. C.
Prudentum auctoritatem admitti eſt neceſſe. T. 3. c. 402. C.
Pſaltæ quomodo definiantur. T. 2. c. 1033. C.
Pſalterium, quod vulgo dicitur canticum, in alterius infamiam compoſitum, & publicè cantatum, tam in eos, qui hoc cantaverint, quàm in eos, qui compoſuerint, extra ordinem vindicatur. T. 1. c. 475. A.
Pſeudocomitatenſes legiones. T. 3. c. 16. C.
Pſilotapa quænam indumenta. T. 3. c. 273. A.
Pſitacum, cum loqui diſcit, verberari claviculâ ferreâ. Tom. 3. c. 448. A.
Ptochotrophi quinam ſint. Tom. 2. c. 21. D. & T. 10. c. 819. E.
Ptochotrophia. T. 2. c. 1041. E.
Pubes quis dicatur. T. 1. c. 319. C.
Pubes, ſeu veſticeps a tutore adrogari poterat. T. 3. c. 53. B.
Pubes ex partium conſenſu judex eſſe poteſt. T. 2. c. 752. B.
Pubes omnis doli eſt capax. T. 2. c. 1273. A.
Pubes olim adrogari potuit ſine curatoris auctoritate, hodie non poteſt ex conſtitutione Claudii. T. 4. c. 751. C.
Pubes, Vide, Curatores, Pupillus, Tutor, Minor.
Pubes, furioſus, & alii, an, & quando obligari poſſint. T. 5. c. 832. A. B.
Pubes a pupillo in quo differat in cauſa ſtipulationum. T. 9. c. 1258. A. & c. 1259. A.
Pubes ſine curatore ſuo an ex quibuſcumque contractibus indiſtinctè obligetur civiliter. Tom. 10. c. 51. D.
Pubes ipſo jure ſine tutoris auctoritate jusjurandum deferre poteſt, impubes non item. T. 10. c. 419. A.
Pubes nihil alienat ſine curatoris auctoritate, quando ei rerum adminiſtratio data eſt. T. 10. c. 615. C.
Puber non habens curatorem an per ſe obligetur. Ibid. C.
Pubes jure quidem deferet jusjurandum ſine curatoris auctoritate, ſed juvabitur per reſtitutionem in integrum. T. 10. c. 625. C.
Pubes ſuus, qui miſcuit ſe, non poteſt non eſſe heres, & non poteſt abſtinere ſine reſtitutione in integrum. T. 10. c. 1242. D.
Puberem minorum 25. annis judicem dari poſſe. T. 3. C. 504. A.
In puberem incidit crimen adulterii, non etiam in impuberem. T. 4. c. 96. D.
In pubere cum agitur de nuptiis; vel ſponſalibus ex præſenti tempore contrahendis, nihil poteſt ſola patria auctoritas. Tom. 6. c. 1079. E.
Puberes ſine curatoris auctoritate obligantur. T. 1. c. 1229. B.
Puberes obligantur ſine curatoribus ſuis. T. 4. c. 400. A.
Puberes an habeant curatores. Ibid. A.
Puberes qua ætate eſſe intelligantur. T. 8. c. 905. E.
Puberes an ſine curatoribus ſuis poſſint obligari ex ſtipulatu. T. 10. c. 53. A. & c. 86. D.
Puberes ſine curatoris auctoritate obligari poſſunt. T. 10. c. 545. C.

Puberi

Puberi non datur bonorum poſſeſſio Carboniana. T. 1. c. 413. B.
Puberi ſolvi poteſt ſine curatore. T. 9. c. 192. A.
Pubertas plena ut æſtimanda. T. 1. c. 546. A.
Pubertas in maſculo, & fœmina quot annis æſtimanda. Tom. 1. c. 546. A.
Pubertas plena. T. 5. c. 156. D.
Pubertas quo anno incipiat. T. 8. c. 911. E.
Pubertas hodie æſtimatur ex annis, non ex habitu corporis, ut olim. T. 9. c. 705. B.
Pubertas æſtimatur a Juſtiniano in fœminis ex annis duodecim completis, in maſculis ex annis quatuordecim. T. 9. c. 603. E.
Pubertas unde æſtimatur. Tom. 10. c. 905. E.
Pubertas duplex. T. 10. c. 1114. C.
Pubertatis finis eſt annus vigeſimuſquintus. T. 1. c. 987. E.
Pubertati plenæ datus eſt annus decimuſoctavus. T. 1. c. 415. B.
Pubertati proximus quis videtur eſſe. T. 9. c. 134. A.
Pubertati proximus quiſnam ſit. T. 10. c. 353. D.
Ut poſt pubertatem cauſæ adſit tutor. T. 9. c. 588. A.
Pubertate finitur conſtitutio Divi Pii. T. 4. c. 754. B.
Pubertate finitur cautio. Ibid. B.
Pubertate pupillus liberatur tutelá. T. 4. c. 309. A.
Pubertate Carboniana bonorum poſſeſſio finitur. T. 6. c. 165. A. & c. 168. E. & c. 170. A.
Pubertate finitur teſtamentum, codicilli etiam finiuntur. Tom. 6. c. 268. E.
Pubertate finitur tutela. Tom. 9. c. 588. A.
Publica naturali jure quædam ſunt. T. 1. c. 57. C.
Publica quomodo a communibus ſeparantur. T. 1. c. 59. D.
Publica non ſunt in patrimonio populi. T. 1. c. 61. B.
Publica quæ ſint. T. 1. c. 59. C.
Publica judicia, & privata differunt. T. 2. c. 612. A.
Publica uſu ſunt communia, proprietate non item. T. 1. c. 59. C.
Publica eſt lex omnis. T. 4. c. 503. B.
Publica utilitas eſt mater juris civilis. T. 4. c. 1450. B.
Publica utilitas privatæ utilitati eſt præferenda. T. 4. c. 841. E.
Publica judicia ex legibus veniunt, & quænam iſtæ ſint leges. T. 4. c. 844. B.
Publica prædia. Vide, Prædia.
Publica quot modis dicuntur, & quæ. T. 4. c. 257. E. patrimonium quotuplex eſt. Ibid. c. 258. B. C.
Publica æſtimatio eſt, cujus forma publica, ſive character publicus eſt. T. 5. c. 498. B.
Publica utilitas privatis commodis præfertur, quia publicè intereſt, conjugia non temerè diſſolvi. T. 5. c. 540. C.
Publica delicta a privatis ſeparanda. T. 6. c. 8. A.
Publica judicia unde ita dicta. T. 8. c. 1131. D.
Publica vis quæ ſit, & quæ privata. T. 9. c. 1429. A. & ſeq.
Publica coercitio morum non poteſt privatá pactione tolli. Tom. 9. c. 498. B.
Publica inſtrumenta quæ. Tom. 9. c. 287. D. E.
Publica opera. Vide, Opera.
Publica judicia continent vigorem publicæ diſciplinæ. T. 9. c. 1455. D. E.
Publica inſtrumenta. Vide, Inſtrumenta.
Publica geſta quidquid complectantur, ſive interrogationes, ſive confeſſiones reorum, ſive quæ alia, nullá ratione infirmari poſſe, aut retractari. T. 9. c. 1091. B.
Publica acta quæ. Tom. 9. c. 8. B. C.
Publicæ annonæ ratio utilitati privatæ eſt præferenda. Tom. 4. c. 841. E.
Publicæ utilitatis contemplatio privatorum commodis præfertur. T. 5. c. 540. C.
Publicæ utilitatis cauſa præfertur privatæ utilitati. T. 9. c. 1093. C.
Publicam perſonam privati non faciunt, & ſi ſe ſubjiciant juriſdictioni ejus, atque adeo prorogent juriſdictionem ejus ſuâ ſponte. T. 9. c. 1082. E.
Publicani fraude, avaritiâ, immodeſtiâ, & audacia longè cæteros ſuperant homines. T. 1. c. 834. E.
Publicani maximas familias in ſalinis habent. T. 3. c. 169. E.
Publicani appellabantur emptores, ſive redemptores. T. 3. c. 227. E.
Publicani a publico nomen habent. T. 2. c. 300. D.
Publicani a tutelis, cæteriſque muneribus civilibus excuſantur. T. 4. c. 864. C.
Publicani dicuntur mancipes. T. 9. c. 399. D. dicuntur etiam redemptores, ſeu emptores. Ibid. C.
Publicani qui dicuntur. Tom. 9. c. 370. A. & c. 399. C. D.
Publicani ſolent retineri poſt tempus conductionis. T. 9. c. 409. A.
Publicani publicorum ſunt conductores. T. 10. c. 37. C. D.
Publicani ſunt conductores vectigalium. T. 10. c. 445. D. dicuntur mancipes. Ibid. D.
De publicanis. T. 1. c. 834. C.
Quibus publicanis datur vacatio, & excuſatio munerum. T. 4. c. 864. D.
De publicanis, qui novum vectigal exegerunt. T. 9. c. 401. B. in perpetuum exilium damnantur. Ibid. B.
Publicanorum, & emphyteuticariorum diſcrimen. T. 3. c. 169. D.
Publicanorum genus omnibus eſt inviſum. T. 4. c. 463. C.
Apud publicanos profitenda eſſe, quæ munifica non ſunt, quæ vectigal non penſitant. T. 5. c. 688. C.
Publicanus ſi ſub ſpecie vectigalis calumniam, aut vexationem quamlibet injuſtam faciat, in quadruplum tenetur. T. 5. c. 140. C.
